


LVDOVICI MESSIÆ A GERMANICA LEGIONE PONTII IN IVre Cæsareo Licentiati, ciuis Hispalensis, Vtriusque incolæ, in legem Regiam Toleti conditam subtitulo tercio delos proprios y Rentas delos concejos, Quintam, libri Septimi ordinationum Regiarum, in causa vertente à Responso, prelectiones.



AD ILLVSTRISSIMVM AC REVERENDISSIMVM DOMINVM D. DIDACVM A ESPINOSA *Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli Sancti Stephani Montis Cœlij Presbyterum Cardinalem Episcopum Saguntinum, Sacri Cæsarei Catholici Philippi huius Nominis secūdi Regis potentissimi Prætorio summo Præfectum, suisq; in Regnis summū de Fidei Catholicæ negotijs cognitorem ac Censorem diligentissimum.*

Cum Priuilegio Regis.

EL REY.



POR QVANTO POR PARTE DE VOS EL LIcenciado Luis Mexia Ponce de leon, vezino de la ciudad de Seuilla: nos fue hecha relaciõ, q̃ vos auiades cõpuesto vn libro sobre la ley de Toledo q̃ es la ley quinta titulo tercero del libro septimo del ordenamiento Real: del qual hezistes ante nos presentacion, y porque auiades trabajado mucho en hazer el dicho libro, y era vtil y prouechoso nos suplicastes os diessemos licencia para poder le imprimir, y preuilegio paraque ninguno le pudiesse imprimir ni vender enestos nuestros Reynos, sino vos, o quien vuestro poder ouiesse por tiempo y espacio de treynta años, o como la nuestra merced fuesse lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la Pragmatica por nos hecha sobre la impressiõ de los libros disponen por os hazer bien y merced, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon & por la presente os damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros siguientes que corrã y se cuenten desde el dia dela fecha desta nuestra cedula en adelante, vos, o la persona que vuestro poder ouiere podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion. Y mandamos que durante el dicho tiempo, qualquier impressor destos nuestros Reynos y señorios que vos quisieredes y señalaredes, imprima el dicho libro sin que otra persona alguna le pueda imprimir, ni vender sin vuestra licencia: sopena quel que lo imprimiere y vendiere aya perdido y pierda todos & quales quier libros y moldes que imprimiere, o vendiere con que primero que se venda lo ayays de traer y presentar ante los del nuestro Consejo juntamente con el original que enel se vio: que va rubricado y firmado al cabo del de Pedro del marmol nuestro escriuano de camara y delos que residen en el nuestro Consejo para que se vea si la dicha impression esta conforme al original: y se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer Y mandamos alos del nuestro Consejo presidente & oydores de las nuestras audiencias, alcaldes alguaziles dela nuestra casa y corte y Chancilleria, y a todos los coregidores Assistente gouernadores alcaldes mayores & ordinarios y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, assi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que assi vos hazemos: y contra el tenor y forma della vos no vayã ni passen, ni consientã yr ni passar por alguna manera, sopena dela nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en Madrid a.27. dias del mes de Março, de mil y quinientos y sessenta y ocho años.

YO EL REY.



Por mandado de su Magestad
Pedro de Hoyo.

AD ILLVSTRISSIMVM ACREVERENDISSIMVM DOMINVM DIDACVM DE ESPINOSA, SACRO SANctæ Romanæ Ecclesiæ tituli sancti Stephani Montis Cœlij Presbyterū Cardinalem Episcopum Saguntinum, Sacri Cæsarei Catholici PHILIPPI Hispaniarū, & noui orbis Nominis huius secundi Regis potentissimi. Prætorio summo præfectum: suisq; in Regnis summum de Fidei Catholicæ negocijs Cognitorē, ac Cēsorem diligentissimū, Ludouici Mexiæ à Germanica legione Pontij in iure Cæsareo Licentiati Vtrariensis, in legis Regiæ quintæ, tituli tertij, libri Septimi ordinationum Regiarum, à responso in causa verten te prælectiones, Præfatio.

(:)



AGNA SANE HABENDA est gratia Præses illustrissime, Præsul, & Cardinalis amplissime, tum his qui artium siue ad pacem, seu ad bellum pertinentium monumenta nobis reliquerunt: tum multo magis, his qui leges, iuraq; composuerūt: & composita illustrarunt: descriptaq; posteris tradiderunt. Et tametsi, & illorum, ac horū magnum est in Republica beneficium: horū tamen longe est præstantius, & enim illi nouo sui artificij genere aliqua ex parte Societatem humanam solum iuuerunt: isti vero docuerunt vinculum illud, quo tota hæc ipsa hominum coniunctio, artium, studiorum, commertiorum Societas, communio ve constat, & quicquid est, quòd rem publicam dicimus, colligatum conseruetur: atq; ad tranquillam vitam agendam, & meliorem efficiendam, politice, ac beate viuendum omnia sua studia, & cogitationes dicarunt, ac contulerunt: totq; præclaris suis inuentis, & monumentis nos suam posteritatem ditarunt, quòd si nihil Bartolus si nihil Baldus, Ioannes Andreæ, ac Cæteri anteriorum, & posteriorum maiorum literatorum iurisconsulti prisci percælebres, grata memoria qui prosequantur digni plane venerandi homines, scriptis mandassent: futurum foret, vt mutilum, ac mancum ius nostrum Cæsareum, insimul, & Pontificium nobis superesset, vnde plurimū illorum diligentiæ, debemus, & humanitati: quippe qui scriptorum suorum opera nos iuuerint, effecerintq; vt quòd ipsi multis annis, & im

probo

probo didicerunt labore, & vſu negociorum, vel ab alijs tradita acceperunt, nos paucis, & facile concipere nunc valeamus, vnde ipſi haurire, & alijs abunde largiri poſsimus. quodq; reliquum vitæ noſtræ curriculum in addendis nouis, aut melioribus ex cogitandis in ſumere liceat. Sic totus reipublicæ deditus ſcribebat Cicero, ſcripſit Cato, & Appius Claudius, vnus ex decem viris, & plures conſules ſcripſerunt Romani, Vlpianus, præfectus, & Paulus, & ne Imperatores omittam, ſcripſit inter arma Cæſar: & alij pèr multi, quorum nomẽ, & ſcriptis ipſis, & rerum geſtarum gloria noſtram vſq; ad ætatem peruenit, quód enim pluribus annis magno, & labore, ac vſu quis didicerit, (id cum poſſit ſine detrimento ſuo, & honeſte) nolle alijs impartiri, hominis eſt inuidentis, & illiberabilis, parumq; in humana Societate officioſi, qui ſibi nauaſſe operam tantum velit, & poſteris inuideat, aut negligat, vt labor eius proſit. Pleriq; ſunt (fateor) ex noſtris viri conſultiſsimi, qui conſulentibus, aut litigantibus operam dant. Sed ex omnibus ordinibus in re forenſi exercitatiſsimi, qui Ciuilis diſciplinæ veri ſunt theſmothetæ, ac architonicam pulchre tenent; qui cum facile poſſent, quæ ex vſu forenſi, quotidianisq; reſponſis, acceperint, ſuffuratis ad ſcribendum aliquot horis (quòd ob luione de leri grauiſsimum eſt) ſcriptis mandare, aut ſaltem breui manu alijs tradere, aut docere, toto vitæ ſuæ tempore quæſita, in latenti retinent, eaq; recondita magis intimis (vt ita dicam) pœnetralibus, ſibi ſolis conſeruant: vt ipſis pereuntibus, pereat ſimul omnis eorum labor, ſiniat vno momento doctrina tot annis, tot cõparata ſudoribus, quæ literis mandata, & laude ſumma, ac vtilitate maxima apud poſteros non caruiſſet. Quæ res mihi ſemper dolenda viſa eſt: & longe profecto conſultius agi; quæ quis ſcitu, vel auditu digna acceperit, quæ ve ad vitæ rationem, Societatem humanam, ac Ciuiles mores, & ciuitatis tranquilitatem, deniq; ad bene, & beate viuendum pertineant, monumentis tradere: & Reipublicæ non ſolum ſuæ, ſed, & ipſi poſteritati conſulere. Satisq; eſſe ſi non negligenda quiſquis ille ſit ſcribat: & talia, quibus fructum ſtudioſis afferat: ſiue ab ipſo inuẽta, ſeu ab alijs audita, licet (vt ingenue verum fatear,) merito per multos artis ſuæ ſummos artifices omiſſa hæc facientes excuſare quis iure optimo videatur: qui dum ſe negligi vident, & omni ſubſidio carere, ſed neq; apud vulgus autoritate valere, humili in loco poſiti, ad neceſſaria vitæ reuocantur paranda. Quod mihi, & ſi non adeo erudito cum multis id generis literatis, & probis viris commune eſt; qui multum diuq; his in literis iuris Cæſarei, & Pontificij verſati ſunt: quorum apud te Illuſtriſsime qui à latere Sacræ, Catholicæ, & inuictiſsimæ Regiæ Maieſtatis ſummus ſedes Præſes, iuſtior eſſet

quærela: plane cum sciam, semper maxima qua ab ipsis incunabulis prædicus humanitate es, eos doluerīs qui cōsenuerūt in studiis iuris di uini,& humani, nullū vtilissimi, honestissimi, sanctissimiq; laboris præ miū consequi, nullūq; locū quo fructum ferre possint. Certo certius cum sit, placitis omnibus,& constitutionibus Diuinis, Pontificiis, ac Cæsareis, munera publica doctis,& probis decreta: eorūq; causa, tan tum esse parata, hacq; de causa cum ad peragēdum hanc rem, quam animo institueram, paulo essem etiam frigidior: præsertim cum fami liæ, domi,& ruri alendæ, ac gubernandæ,& coniugii, liberorumq; multorum tenerorum institutionis,& educationis quotidianum gra ue onus nostro huiusmodi instituto valde sit impedimento: ociumq; quietum calamus postulet, ac multos hanc ob causam præclaros vi deam viros, præstantiores,& doctrina,& eruditione, atq; rerum vsu exercitatissimos in re tam seria tacere. Tua tamen adeo me commouit Autoritas, atq; humanitas, dignitas,& amplitudo, Maiorū,& Gene ris, Animiq; quo semper refulsisti splendor, Nobilitas notissima, cā dor,& magnitudo, vtriusq; iuris Diuini,& humani peritia, in pau peribus oppræssis subueniendis diligentia egregia, in rebus geren dis(vt non magis alius præsenti)prudentia,& admirabilis experien tia, vt merito Sacri, ac supremi Senatus Summus, ab ipso Cæsare de lectus fueris Præses,& habearis decus,& ornamentum. Ac vt ipsi ex tuis, Regiæ Maiestati(iuxta illud Ouidii, lib. 4. de ponto) latus sancti cingit turba Senatus, suumq; lectulum sexaginta tuæ Cognationis fi delissimæ, viri ambiunt fortes ex fortissimis Hispanis ob eius fidelita tem sinceram ad id selectissimæ: omnes tenentes gladios,& ad bella doctissimi,(cantic. 3.) ita Summus ipse Deus Optimus,& Maximus sacræ te suæ fidei, his suis in Regnis, qui eam protegeres,& eius latus cingeres lateronem, summum stipatorem,& Somatophilacam, fide lissimumq; Primicerium delegerit: quem sui Diuini lateris comitatus illustrares,& qui Thiara Saguntina, ac sublimi Cardinalatus apice suāq; contingeres purpuram, dignus existimatus es,& tibi, ac tuis, il lud, 4. Sapientiæ quadret, o quam pulchra est casta Generatio cum claritate: immortalis est enim memoria illius, quoniam,& apud Deū nota est,& apud homines: Vt non mihi iam recusandum, sed laudem ate,& præmium, ac à studiosis gratiam sperandam putarem. Iureq; tuum hoc opus reddere,& offerre volui: siquidem Toletanæ quam uis à responso innitatur explanandæ legi: legum cum Custos dignis sime appelleris: earum quippe qui curam habeas:& optimus maxi me Reipublicæ status, à te pēdeat:& pars sis Principis præcipua, qui lex est populi. Vt recte à Veteribus dictus est Magistratus lex viua: singula autē illius cōstitutionis verba interpretari,(vti Accursius le gibus

gibus Romanis interpretationes subiungit) superuacaneum mihi visum est:tum quòd per multa ad vsum forensem parum pertinent: tum quòd nõ nulla per se satis dilucida,& perspicua sunt,vt interpre tatione non egeant:de iure autem fisci, & Regio,quòd Regalia, etiã vulgo dici solet,sunt qui iusta volumina ediderunt:vt mihi iam ea in re elaborare non sit necesse.Siquid autem videbitur prætermissum, quòd attigisse expediens esse quis existimet, poterit is ipse, si vtilitas publica eum adducat,ea in re,sua opera,& interpretatione,studiosos iuuare, Ipse arbitror nihil prætermisisse quòd præcipuum eiusdem legis vsum,forisq; habeat exercitationem,ex quo,fructum si studiosi capiant, tuæ illustrissimæ Dominationi,acceptũ referri velim:id om ne tuum feci.Siquid aliter habeat, mihi tribui statuo. Interea vero hoc vnum mihi maximum erit, si intelligam hanc primam laboris mei partem tibi gratam esse:quam si probandam duxeris, tuo (dum alia tibi etiam consecranda,paro)in medium pergat nutu:ob id à detractorum haud dilaceranda dentibus. Vale ex V- traria, Clientis tui Asylũ tutissimum,& deditissi mi tui Ludouici Mesiæ à Germanica legione Pontij, fac, vt memineris.

(∴)

LITERATISSIMO LECTORI, LVDOVICVS MESSIÆ A GERMAnica legione Pontius, in iure Cæsareo licentiatus Vtrariensis, salutem, ac animum beneuolum, & pium, exoptat.



ABSONVM, IMO PLANE TEmerarium, fat scio censebunt pleriq; lector virtutum genere cumulatissime, quòd Tyro, ac vix e galibus eductus gymnasijs, nec nondũ adolescentiam egressus, veritus non fuerim id e moliri, quód vix nemo vel emunctissimus, ea cura tractaret: ac absoluto posset enodare calculo, atq; hos non dubito, mouebit magis quòd inanes nugas, & adolescẽtis in sipidi, non bene præcincti, & parũ animi, ac fortunarũ donibus præmuniti, friuolas ineptias, edere ausus fuerim. Cui satius extitisset, vel vires proprias, aut ingeniũ metiri, nec tam propere, & immature his incũbere vigilijs, minus præpolitis, ac incultis, & ad eas edendas præcoces quidẽ, abortiuas, tumultuarias, & ab aliud agẽte factas, pro maturis, tempestiuis, elaboratis, & attente absolutis festinare. Sed velim hi intelligant, non a me conceptũ hoc opus auspicijs, vt inde ostẽtationis, aut iactantiæ aliquid, quãtũ vix minimũ, quód ad gloriã promouere debeat, autumem: in meq; comperiri queat. Quando Satius duxi, spreto ambitionis studio, intra proprios lares (vbi nemo Propheta) ac domi in philologiæ meæ sinu vmbratili me cõtinere: quam inanis gloriæ à petitu summa fastigia ambire. Sed vt quispiam conarer, quo effici possit, vt Hieronymus quidam à monte Martha vir quidem nobilis, beneuolentia egregia me ab ipsis incunabulis prosequẽs, eam verbis, & plurimis beneficijs in hunc vsq; diem nunq; nõ testans, huius oppidi Vtrariensis incola, (quo ego plusquam decẽnium iam est, exulo, contra omnium spem qui me, meaq; studia, & labores continuos, ac indefessos dum Salmanticæ agerem, nouerũt) cui patrocinium (octo sunt iam quasi menses,) hac in causa quantum in me esset, præstare coactus fui, nedum à petitis absolueretur: sed etiam respectu suarũ possessionum ab inclita, & fidelissima Ciuitate Hispalensi occupatarum, cum fructibus perceptis, qui ve potuerunt percipi, & expensis, ac damnis, in præsentiarum, contra multorum opinionem (ni fallor) restitueretur: & tãto mei Nominis ac Generis magis interesset, huius conatus fundamenta, (& si breuia, ne cum possem

poſſem multas membranas occuparem,) quam ocyſſime euulgari,
quanto ipſe ſuſpectior haberi poteram: & quanto clarius, & certius
ius Ciuitatē præſatā habere haud obſcuri eius aduocati pleno (vt a-
iunt) ore dictitabant, iactabant: ac contendebant. quòdq; iuri Hiero-
nymi ipſius à monte Martha aliâs ſpoliati apprime neceſſarium vide
batur. cui nulla re præſentius, quam hac præpropera, adeoq; feſtina
editione conſulere potui: ita vt vel hac ſola anſa, omnem maleuolis il
lis debachandi aleam detractam putem: & ſi nec hos ab innata ſua
maledicendi licentia ceſſaturos ambigam: ita vt plane ſcripta noſtra
ſint prorſus damnaturi, tam eſt quorundam vitiligatorum propen-
ſiſſimus, qui literarum profeſſoribus, aduerſetur animus: quòd hi nul
la alia occaſione agere intelliguntur, niſi vt abene viuendi norma, cū
hanc nullo modo aſſequi queant, (ſaltem nolūt,) ingenuos viros auo
cent: ſuaq; petulantia terreant, non minus ea in re proprium proden
tes morbum, quā mores alienos detegētes, teſtis enim mihi eſt Deus
ipſe Optimus, & Maximus, quòd pleriſq; doctis legenda exhi
bui, & ab ipſis de re hac conſilium efflagitaui, enixeq; obteſta
tus ſum, ne aſſentandi mihi ſtudio à veritate iudicium deffle
cterēt, qui (qua ſunt charitate) multis præconijs laudā
tes, digna iudicarūt, quæ palam ederentur. Habes
conſilij mei rationem lector candidiſſime,
tuum cuius es humanitatis iudicium
ſit, boni vt conſulas: maioraq;
ſpera. Vale ex
Vtraria.
(.:.)

LEX TOLETI.

LEGIS QVINTÆ SVB TI-

TVLO TERTIO, DE LOS PROPRIOS Y

rentas de los concejos, libri Septimi ordinationum Regiarũ textum, hic inserere oportuit, & libuit: quòd super ea totus iste noster habendus sit sermo.

(∵)

Ley .5. que los caualleros, ni otras personas: no ocupẽ los terminos delos lugares donde biuen.


El rey & Reyna en Toledo, año de.1480.

LOS PROcuradores de las ciudades, & villas, de nuestros Reynos, se quexaron por su peticion enestas cortes, diziendo: que vnos concejos a otros, & algunos caualleros, & otras personas iniusta, & no deuidamenre, toman & ocupan los lugares & iurisdiciones, & terminos, & prados, & pastos, & abreuaderos delos lugares que comarcã con ellos, o qual quier cosa dello. E lo que peor es que los mismos naturales y vezinos delas ciudades, & villas, & lugares dõde biuen: tomã & ocupã los terminos dellas, E aunque los pueblos sobre esto se nos hã quexado, & sobre la restitucion dela possession, han auido sentencias que no son executadas. E puesto que de fecho se executassen luego los posseedores que primero, las tornã à ocupar como soliã, de manera que alos pueblos se les recrescẽ dos daños, El vno es la toma, y ocupacion de sus terminos. El otro es las costas baldias q̃ hazẽ para los recobrar. E porq̃ somos informados q̃ muchas ciudades, & villas y lugares de nr̃os Reynos, especialmẽte de nr̃a corona Real, estan mucho desapropiadas & despojadas d̃los dichos sus lugares, y iurisdiciones, & sus terminos, & prados, & pastos, & abreuaderos. E como quier q̃ tienen sobre ello sentencias, no pueden alcançar la execucion dellas. Porende, nos queriẽdo remediar, & proueer sobre esto. Ordenamos y mãdamos, q̃ quãdo algũ cõcejo se quexare q̃ otro concejo, o algunos caualleros, o otras personas qualesquier les tomã & ocupã sus lugares & iurisdiciones, & terminos, prados, y pastos & abreuaderos, y otras cosas pertenecientes à el tal concejo del tal lugar, o qualquier cosa dello, que el Corregidor, o otro juez que dello pudiere & deuiere cognoscer, o pesquisidor, que sobre ello por nos fuere dado, llame a la otra parte, o partes de quiẽ se q̃rellare & asigne, & nos por esta Ley les asignamos plazos, los quales no se puedan prorogar, dentro de los quales el aya de mostrar, y muestre

ftre el titulo o derecho que tiene a los tales lugares o jurisdicion o jurisdiciones & terminos & prados o pastos o abreuaderos. E otra qualquier cosa comũ que ocupe. Y entre tanto el tal juez o pesquisidor faga pesquisa simplicíter & de plano, & sin figura de juyzio. E sepa la verdad por scripturas & testigos por quantas vias pudiere que es lo que les esta tomado de lo suso dicho per tenesciẽte al tal cõcejo, o a su tierra o al vso & pro comũ della en qualquier manera por qualesquier concejos o personas que dixeren que lo tienen ocupado. E fecha la tal pesquisa & prouãça que dentro de los dichos treynta dias fuere tomada cõ todo lo que la otra parte ouiere mostrado o prouado dentro del dicho termino sin rescebir otros scriptos ni contradiciones ni tachas de testigos ni de las scripturas que por la vna & por la otra parte fuerẽ presentadas. E si fallare que la toma o ocupacion de los dichos terminos o lugares o de las cosas suso dichas o qualquier dellas es verdadera, o que el dicho concejo fue despojado de la possession dello: que luego sin otra figura de juyzio & sin cõclusion de causa & sin dilacion alguna torne y restituya & faga tornar & restituyr a el tal concejo la possession libre & pacifica de aquello que fallare que fue despojado & le fue y esta tomado & ocupado. E meta & põga en la possession de todo ello a su procurador en su nõbre & los ampare & defienda enella: e no cõsienta ni permita q̃ les sea ocupada ni perturbada por el otro cõcejo o persona q̃ la solia tener ocupada ni por otra alguna, ni q̃ sobre ello se inquietẽ ni perturbẽ ni fagã prẽdas ni resistẽcia alguna. E si de fecho tẽtare fazer, mãdamos q̃ le sea restituido & de mas que le pongã pena la qual nos por la presente le ponemos & que por el mismo fecho el tal ocupador q̃ fiziere resistencia o mandamiento, o fuere cõtra ella pierda & aya perdido qualquier derecho q̃ touiere & pretẽdiere auer si lo touiere al señorio & propriedad de la cosa sobre que contiendẽ & otro tanto de su estimaciõ, & que pierdã los officios q̃ touierẽ ansi de nos como de qualesquier ciudades villas & lugares. E si no touiere officio que pierda el tercio de sus bienes para nuestra camara. E si no touiere derecho alguno a la dicha cosa sobre que se contiẽde: q̃ pague la estimaciõ della cõ otro tanto: la mitad dello para el cõcejo cõ quien cõtendiere: la otra mitad para la nuestra camara & fisco. E mas q̃ incurran en las otras penas suso dichas: lo qual todo mãdamos que assi se faga & cũpla aunque la parte que touiere fecha la tal ocupacion apele del tal juez pesquisidor & de la sentẽcia que diere, o la aya por ninguna, o vse de otro qualquier remedio cõtra la tal sentẽcia. E otro

tro si no embargāte que aya alegado o alegare sobre ladicha causa pēdēcia de pleyto ante nos en el nuestro cōsejo o en la nuestra audiēcia o āte otros qlesquier juezes. E no embargātes otras qualesquier causas & razones q̄ alegare para impedir latal execuciō quedando toda via su derecho a saluo si alguno tuuiere en quāto a la propriedad para q̄ vengā o embiē a alegar o mostrar āte nos enel nuestro consejo quādo entē dieren q̄ les cūple. Pero entre tāto q̄ toda via se execute la dicha sentēcia o mādamiento realmēte & cō effecto. E en quāto alas sentencias que fasta aqui estā dadas sobre las cosas susodichas o qualquier dellas por qualesquier corregidores o juezes o pesquisidores assi de la Corte de los dichos señores Reyes dō Iuā & Rey dō Hērrique o qualquier dellos como de nos. Mādamos que si las dichas sentēcias son ya executadas e tray das a deuido effecto q̄las otras partes a quien toca seā oydas sobre la propriedad: y entre tāto que los cōcejos en cuyo fauor fueron dadas tengā la possessiō como dicho es sin embargo de qualesquier pēdencias que estuuierē en primera instancia & engrado de apelacion o en otro qualquier estado. Pero si fasta aqui no an si do executadas ni hā auido effecto queremos que si las tales sentencias fuerō dadas seyendo las partes llamadas & oydas q̄ toda via sean executadas sin embargo de qualquier apellacion que este interpuesta y de qualquier pēdencia que sobre ello aya, quedādo toda via su derecho a saluo a las partes en quāto a la propriedad como dicho es. Pero si las tales sentencias fuerō dadas sin llamar & sin oyr los que posseyā, mādamos q̄ en tal caso se torne la causa a comēçar de nueuo segun el thenor de aquesta ley. E mādamos a las dichas partes aquiē toca, q̄ sobre la possession delas tales cosas que assi ouieren restituido o ouierē de restituyr no fagā resistēcias ni la tomē ni ocupē por su propria autoridad, ni inquietē ni perturbē enella a el cōcejo o concejos ni a los vezinos & moradores del por quiē a seydo o fuere dada fasta q̄ sea la causa de la propriedad vista o determinada so las penas de suso contenidas. E porque estas causas de terminos ayāmas breue expedicion, mandamos a las partes que interpusierē apellaciō o se agrauiarē de las sentēcias o mandamientos que sobre esto fueren dados que parezcā ante nos enel nuestro consejo enel termino del derecho & prosigā su causa si quisierē. E que entre tanto otro juez ni juezes algunos de la nuestra casa & corte & chācilleria no se entremetan de cognoscer ni cognozcan de tales pleytos ni demandas ni empachē el cognoscimiēto & execucion dellas a los juezes & executores que nos sobre las tales causas, ouieremos dado.

Factum seu casus
positio.



IN PRAEsenti cōsulta tione, primo facti seriē enarrabo: deinde pro parte illustris cō sistorij Hispalensis cōmunitatis qꝫ Vtrariensis rationes aliquas cum iuris allegationibus subijciam, postea vero partem nobilis Hieronymi à mōte Martha præfati oppidi Vtrariēsis incolæ, tanquam iustitiā fouentem amplectens: multis medijs, iuribus, & rationibus prosequar. Respondendoqꝫ in super dicta rum vniuersitatum in fauorem adductis. Quid nunc hac in causa meo iudicio pronūtiandum postremo foret, subnectam.

¶Facti series veritati, lucem & euidentiam inducit: secundum Bal. in cōsil. 494. tertiæ partis, ex facto enim ius oritur: siquidē in facto ius positū sit. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Acquil. Ideo pro clariore infra dicendorum intelligentia: & vt hac in quæstione vertēte inter procuratorem vniuersitatis Hispalēsis & Vtrariēsis parte vna: & ex alia dictum Hieronymum à monte Martha veritas clarius elucescat: præsupposita paulo ante citata legis quintæ Toleti conditæ anno octuagesimo supra millessimum, & quatuorcē tessimum cōtextura: breuem & compendiariam facti cōtingentiam proponam.

Thema seu casus
positio.



ANNO domini millessimo quingētessimo vigesimo quinto vigessima prima Decembris mensis die coram quodā licentiato Ioāne Moreno, tunc temporis terminis dictæ ci⸗tatis agris præfiniendis præfecto: iuxta tenorem & legis Toletanæ paulo ante relatæ formam à rege delegato procurator dictæ vniuersitatis in ius vocauit quandā Elisabem ximeniam, Fernandi Alphonsi à mōtibus de Oca Vtrariensis prædefuncti vxorem: & eorundem filios, dictum Hieronymum à mōte Martha, & Catherinam à monte Martha, ea tempestate minores annis decē & octo, eo scilicet quod certæ partes terræ (vulgo, *La casa de Montamarta*, in territorio Vtrariensi dictæ) quas præfati Fernandus Alphonsus & Elisabes ximenia durante matrimonio emerant perqꝫ viginti quinqꝫ annos & plus temporis, mediante illo titulo pacifice possederāt ac tunc possidebant: ad dictam cōmunitatem Vtrariensem spectarent, & (vt idiomate Hispano vtar) *eran concejiles y realengas*.

A & occu⸗

& occuparentur a prædictis, dictaqꝫ Elisabe ximenia, præcitatis suis filijs curatrice alias designata in continenti quòd sibi eiusdem iussu iudicis notificata fuit dicta petitio, respondente prædictam terræ possessionem suam, suorumqꝫ filiorum esse & eiusdem habere titulum, ac velle eo quòd nolebat litigare cum dicta ciuitate: quòd sibi suisqꝫ filijs edificatum & in dictis terris plantatum reseruaretur: & residuum eidem ciuitati remaneret præfatus iudex, prædictis matre & minoribus minime amplius auditis, omisso cōmissionis & dictæ legis Toletanæ ordine, sine causæ cognitione, & tamen non seruatis seruandis, intra terminum à præcitata cōmissione, & lege audiēdis partibus, & earū probationibus faciēdis præfinitum: & intra quem alias ipse iudex ex eadem tenebatur lege & cōmissione inuestigare, & de vtrarumqꝫ partium iure per se inquirere, & omnibus modis se instruere, & informare. Sententiam vtrisqꝫ partibus præsentibus pronūtiauit: qua, præfatos Elisabē ximeniā, ac eius, & dicti Fernandi Alphōsi filios, terræ prædictæ possesione priuabat: eāqꝫ decernebat esse liberā, seu realenga, & cōmunē, & in eius possessionem dictam ciuitatem suumqꝫ procuratorem mittēdū fore, pro vt de facto etiā misit. Cuius sententiæ, præfatos Elisabem ximeniā, & eiusdē filios non curantes, necqꝫ ab ea tunc apellantes, & suam possesionē de cœtero continuantes, quidā alius licentiatus Toro non post multos annos dictæ ciuitatis, agris paulo ante citatis terminis præfiniendis ab eodem rege delegatus: sine aliqua causæ inuestigatione, & cognitione, dicta sententia dumtaxat visa in quinqꝫ mille dipondiorum pœnam condēnauit, & prædictam terræ possessionem dictæ ciuitati Hispalensi iterum adiudicauit. Ante dicta vero post, Elisabe breui rebus humanis cedente: eius filius Hieronymus à mōte Martha inuento titulo emptionis dictæ terræ à suis parētibus iam prædefunctis habitæ, & ratione pluriū fuā esse quòd patrem suorū fuisset asserentium eandē possesionem cōtinuauit: vineam ibidem & fructeta aliqua plantādo, & non existimās alicui fieri ex eo iniuriā, per plures ānos possedit: quo vsqꝫ per licentiatum Hieronymū à Rojas, præfecti vrbi Hispalensi in hoc oppido & dictæ ciuitatis territorio locum tenentē, dicta possessione eiusdem, sententia fuit priuatus: & procurator dictæ ciuitatis quidā in dictæ terræ possessionē missus, à qua sententia, eius exequutione, ac in possessionem missione, præfatū Hieronymum à mōte Martha appellasse non constat.

¶ Est nūc in quæstione principaliter an dicta Elisabes ximenia

nia eiusq; præfati filij ob tres prædictas conformes sententias à iure quòd ad dictã terræ partem habebant, ceciderint, & eo quòd Hieronymus is à monte Martha contrauenerit: & possessionem ciuitati Hispalensi ad iudicatam turbauerit, pœnas dictæ legis Toletanæ incurrerit: an eis nunc sit mulctandus. An vero ex quo sententiæ hæ latæ fuerint cōmissionum & præcitatæ legis Toleti cōditæ, forma omissa, sine causæ cognitione, & non seruatis seruãdis, ius suũ manserit illæsum, dicisq; non possit dictum Hieronymum illius possessionem terræ amisisse vnquam. Quòdq; in ea ille nunc existat: & defendi debeat ex nullitate dictarum sententiarum, & exequutionis virtute earum factæ & an ea non obstante pœnis dictis adhuc sit plectendus.

EX FVNDAMENTO. 1. sequent.

Lex seu statutum in indiuiduo decidẽs aliquem casum nullam relinquit dubitationem. nu. 1.

Lex quãuis dura est seruanda. nu. 2. 3. 4. & 5.

Lex frustratoria esse non debet. nu. 6.

Lex Toleti contra occupantes vniuersitatum terminos, publicam respicit vtilitatẽ. nu. 7. & in pœnalibus late interpretanda ibidem.

Lex principaliter in fauorem: licet secundario in odium amplianda semper est, etiam si sit pœnalis. nu. 8.

In conseruatione terminorum cuiuscunq; cōcilij vtilitas publica vertitur, ideoq; & iudex ad id officiũ suum impartiri potest. nu. 9.

In causa terminorum ex inquisitione proceditur, & summarie ac de plano, & appellatio non admittitur, & cognitio supremo principis cōcilio reseruatur, & prima instantia coartatur. nu. 10.

In terminorum causa testium repulsa non admittitur. nu. 11.

Lex Toleti generalis, & in terminis loco rum dominorum obseruanda. nu. 12.

Natura huius termini, specialiter, seu maxime, implicat per maiorẽ idẽ ius, nu. 13

Lex Toleti non habet locum in terminis dominorum heremis qui rem publicam non habent. nu. 14.

Lex Toleti locum habet contra occupantes officios de concejo, alhondigas, boticas, & similia etiam si in vsu communi non sint. nu. 15. & pro hoc fundamento eiusdem citantur verba. nu. 16.



T SACRATISsimæ, indiuiduæq; trinitatis, Deiparæ, Iacobi, Hieronymi, ac Michaelis archãgeli patronorum meorũ innocẽto præsidio. Huius causæ viso processu: & pro tenui facultate mea diligẽter cōsideratis ipsius legis Toletanæ verbis puniẽtis turbãtes possesiones occasione alicuius sententiæ super termino rũ vel cuius vis aliæ rei vniuersitatis occupatione latæ cōmunitatibus attributas, aut eis super his resistentes, plures esse nō ambigo, qui prima (vt aiunt) facie asserãt prædictum Hieronymũ a monte Martha ex huiusmodi processu cōtra eũ, suãq; matrẽ

Elisabem ximeniam agitato: ac attenta rigida illius legis censura ibi expræssis puniendum pœnis. Liquido enim cōstat possessionem illam illum turbasse: quã ciuitas Hispalensis a dictis iudicibus Moreno, & Toro, pacifice, & sine contradictione habuerat, eiqꝫ semper super ea fixo restitisse pede.

1 ¶ Et quando lex seu statutum expræsse, & indiuiduo decidat aliquem casum pro vt præfata lex Toleti condita hunc decidit nullam relinquat dubitationem.l. ille aut ille, §. cum in verbis de lega.3. cum vulgaribus.

2 ¶ Et statutum seu lex quanuis dura est seruanda .l. prospexit, ibi. *Quod quidem per quam durum est, sed ita lex scripta est.* ff. qui & a quib. per quam Bal.in.l.nō omnium, in prin.ff. de legib. legem per subditos infringi nō posse. scripsit. licet in se rationem non habeat, nam sufficit sic fuisse statutum: vt per illum textum innocen. dicit in.c. irrefragabili in fin. de offit. ordina. & per eundem Bal. in.l. acceptam vltim. quæst. circa fin.C. de vsur. & nouissime Robertum Marantam in suo ordinis iuditiorũ speculo aureo part.3. nu. 102. pagin. mihi, 63. & in disputatio. 2. nu. 11. pagin. 685.

3 ¶ Ex quo enim lex condita est: iudicandum est secundũ ipsam, & non de ipsa. c. in istis. 4. distintione.

4 ¶ Et idem Bal. in. l. gallus, §. si eius. 2. col. ff. de liber. & posth. docet quod quando habemus determinationem legis, non debemus vlterius inuestigare rationem, et inherere debemus decretorum verbis: nec aliter interprætari quam leges, & statuta loquantur, secundum eundẽ Bal. in.c. significãte, col. 2. in fin. de appel. seruãdumqꝫ statutum est, pro vt loquitur, teste eodem Bald. in.l.1. in fin. ff. de arbit.

5 ¶ Qui & in repet.l. quid ergo, §. pœna grauior. 2: col. nu. 5. ff. de his qui notan. infam. singulariter scribit, tutius esse cum decretum sit precisum: non vendicare sibi locũ arbitriũ aliquod, & ita consulere assessori, quod faciat. In dubio enim melius est decreti verbis deseruire, vt inuit tex.l.1. §. si is qui nauẽ, ff. de exercitor.

6 ¶ Alias ergo ante citata lex Toletana frustratoria esset: minime cum debeat, iuxta notata in l. si quando, delega. 1. et in.l. nulla iuncta authẽ. diaconissam, C. de episcop. & cleri.

7 ¶ Maxime condita cum fuerit ad obuiandum fraudibus quæ fiebant in detrimentum magnũ communitatum, & totius reipublicæ per occupantes earum terminos, & regalia: idest, *Lo realengo & concegil.* Et sic publicam respiciat vtilitatem. Ideoqꝫ late etiã in pœnalibus, sit interprætanda.l. 2. §. exercitium, & ibi notat Bart. ff. de his qui not. infam. & in.l. quemadmodum, C. de agri-

de agricol. & censi. lib. 11. facit tex. l. si quis in graui. §. Hi quoq; vbi idem Bart. & Bal. ff. ad sen. C. Syllã. deducit Latius Philip. Decius in consil. 65. incipiẽt. & protenui. 2. col. nu. 3. & vltra eũ idem. Bart. Alexan. & omnes in l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb.

8 ¶ Docentes per textum ibi, statutũ seu legem, introductã principaliter in fauorem: licet secundario in odium: ampliandã sem per esse: etiam si sit pœnalis.

9 ¶ Publica enim in conseruatione terminorum cuiuscunq; Cõcilij vtilitas vertitur. Ideo q; & iudex ad id offitiũ suum impartiri potest ex cõmuni post paul. Castren. sententia in. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. dedã. infec. & voluit Antõ. de Butrio in. c. cum olim decẽsib. & Inno. in. c. ad nostram de iure iur. à Frãcis. Balbo citatus, & sequutus in tracta. de dote. 6. part. priuilegi. 18. & idem notauit Guido Pap. in singul. 863.

10 ¶ Sed & hac occasione his in casibus ex inquisitione etiam (quæ regulariter prohibetur) proceditur. Summarie ac de plano agitur: (cuius clausulæ effectum post glo. & dd. in clemen. sæpe de ver. signi. Rober. Maran. nouissime explicat de ordin. iudit. 4. part. 9. disti. nu. 11.) sic appellatio non admittitur, & cognitio supræmo Principis reseruatur consilio. & instantia quæ regulariter triennio durat coarctatur.

11 ¶ Et nisi aliter in instructione quæ his iudicibus dari solet Regia expræssum sit, testium repulsa hac in causa (vt pote summaria) minime admittitur. vt notat Ludo. Roma. singul. 183. & scribit Robert. idem, in eodem de ordine iuditio. libro part. 6. actu. 13. num. 19. & Lanfran. ab Oriano in repet. c. quoniam cõtra, de probatio. in parte testiũ. nu. 83. & Capitius decis. 55. & satis ex eadem Tolerana de ducitur lege, ibi, *Sin rescebir tachas de testigos*.

12 ¶ Que lex generalis est & non particularis, ideoq; in toto Regno obseruanda. Etiam in terminis locorum dominorũ, qui possunt iudicibus suis cõmittere secundum eiusdem legis formam vt procedatur. Bonus est tex. l. 5. tit. 4. lib. 2. ordin. regia. & expsius legis Toletanæ patet verbis, *E porque somos informados que muchas ciudades, villas y lugares de nuestros Reynos, especialmẽte de nuestra corona Real estã mucho desapropriadas*.

13 ¶ Siquidẽ de natura, huius termini, specialiter, seu maxime. Sit, quod per maiorem implicet idem ius. tex. est & ibi glo. in. l. illud. ff. ad leg. acquil. glo. in. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. not. Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. maxime. Et ita apud Moronem oppidum illustrissimi Ducis Domini Petri Giron Vrenatum Comitis his diebus practicatum videmus.

Cum enim fauorabilis lex hæc sit, omnibus republicis debet esse communis, in quibus tãtum loquitur.

14 ¶ Et non in terminis dominorum heremis qui rem publicam non habent, in quibus ordo iudiciarius ad dominorum quærelam seruandus est: & non paulo ante citata legis Toleti forma, dũ dicit. *Ordenamos y mandamos que quando algun concejo.*

15 ¶ Quæ adeo fauorabilis est vt non solum locum habeat cõtra occupantes terminos, & vicos, & alia in eadem lege expræssa. Sed etiam quæcunq; alia bona, etiã si in vsu communi non sint, (vt, *Officios de concejo, alhondigas boticas.* Et alia de quibus in l. fin. tit. 14. lib. 3. ordin. regia) vt Petrus Nunius de Auendaño nostras modernus doctissimus aduertit in. c. 4. nu. 32. lib. 1. de exequẽd. princip. mand. sub iũgens specialem contra rectores hæc occupantes pœnã imponi in pragmatica vallis oleti fol. 62. in volum, pragmaticarum.

16 ¶ Nostroq; infacto proprius dicta Toletana lex procedit cõsideratis eiusdem verbis. *Y como quier que tienen sobre ello sentencias, no pueden alcançar la execucion dellas, & ansi, mandamos que si las dichas sentencias son ya executadas & trayda a deuido effecto que las otras partes a quien toca, sean oydas sobre la propriedad. Y entre tanto que los concejos en cuyo fauor fueron dadas, tengan la possession como dicho es, sin embargo de qualesquier pendencias, que en primera instancia y en grado de apelacion, o en otro qualquier estado.*

EX. 2. FVNDAMENTO sequenti.

¶ Exceptio littis finitæ inducitur si a sententia non appelletur. nu. 1.

Sententia in causis criminalibus, à qua nõ appellatur, in rem iudicatam transit, nu. 2.

Sententia arbitramentalis à partibus emologata transit in rem iudicatam. nu. 3.

Super sententijs in rem iudicatam translatis à principe rescriptum impetrari non potest: per quòd pronuntiationis impediatur effectus. nu. 4.

Sententiæ in rem iudicatam translatæ iuris & de iure præsumptio inest. nu. 5.

Aduersus sententiam quæ transiuit in rem iudicatam lapso quadriẽnio restitutio non datur quamuis de lesione constet. nu. 6.

Pro sententia quò ad rititudinem, & rectitudinem presumitur quando transiuit longum tempus. nu. 7.

Sententia quæ in rem iudicatam transiuit iusta presumitur. nu. 8. & iuris autoritate efficitur irretractabilis, ibidem.

Sententia quæ in rem iudicatam transiuit ex eisdem actis impugnari non potest nu. 9.

Sententia quæ in rem iudicatam transiuit facit ius plenum, nonnunquam plenius, quandoq; plenissimum. nu. 10.

Sententia quæ in rem iudicatam transiuit tantæ est potentiæ, quòd de ente, facit non ens: & de vero falsum. nu. 11.

Sententia quæ in rem iudicatam transiuit sanguinis naturalia vincula mutat.

tat.numer. 12.

Sententia quæ in rem iudicatam transiuit de albo facit nigrum, & de nigro album.num.13.

Sententia diffinitiua solenniter lata facit omnia rata haberi inter litigantes, & facit eum filium, qui filius non est, & patrem qui pater non est, & quòd est altera natura.nu.14.

Sententia contra rem iudicatam nō valet.nu.15.

Rei iudicatæ, iustæ, siue iniustæ, statur: postquàm per appellationem non est suspensa.nu.16.

Rei iudicatæ derogatum non censetur: quamuis ad supplicantis super tali remissione præces papa seu princeps rescribat quòd audiat talis, & iustitiam faciat.nu.17.

Legis Toletanæ pro hac parte expenduntur verba.nu.28.



ECV̄-
1 do q̄ di
ctus Hie
rony-
mus à
monte
martha
pœnis
præci-
tatæ legis puniri nūc debeat: ex
eo vel lippis, actōsoribus (vt est
in prouerbio) patet; quòd sentē
tia à licentiato Moreno iudice
lata, in rē iudicatā transierit. Et
ex quo ab ea appellatum nō fue
rit, inducta sit exceptio litis fi-
nitæ. c.1. de lit. cōtest. in. 6. et am
plius audiēdus nō sit. l. fin. C. sen
ten. rescin. non pos. l. causas vel
lites. C. de trās. c. cū inter. c. quo
ad consultationē de re iudic. re-
gia. l.1. tit. 16. lib. 3. ordin. regia.
Et in eisdem terminis Alexan.
firmat in consil. 30. incipi. domi
ni redēptoris. 2. col. nu. 6. vol. 5.
2 ¶Et in causis criminalibus etiā
procedit in, quibus sententia, à
qua tempore debito appellatū
non est, rei iudicatæ authoritatē
habet, nec reuocari potest: etiā
si pœnam corporalem inferat,
& constet de condennati inno-
centia: nisi ex speciali Principis
gratia. l.1. ad finē, ff. de quæstio,
& in. l. diui, ff. de pœnis, quā esse
singularem Panormit. asserit in
c. de his. 2. col. de accusa. Et no-
tat Iason in. l. sub prætextu. 1. C
de transactio. Bart. in. d. l. diui,
& in. d. l. 1. & colēdiss. præceptor
meus reuerendiss. didacus à Co
uarruuias Segouiens. Episcop.
in suo epitom. de matrim. §. fin.
nu. 15. & in lib. 1. varia. ressolu-
tio. c. 1. prope finē. quicquid in
hoc Ioan. ab Anania contrariū
notauerit, in. d. c. de his, quē Hip
pol. sequitur in. l. vnic. de rapt.
virgin. nu. 144. tametsi iudices
qui de criminalibus quæstioni-
bus apud regia prætoria sūmo
in tribunali cognoscūt, appella
tionē criminali in iudicio, etiam
post dies à lege ad appellādū cō
stitutos propositā frequēter ad
mittāt, vt ipse Couarru. d. c. 1. in
final. verb. testatur.
¶Sed & in sentētijs arbitramē
3 talibus, à partibus, emologatis,
nr̄a locū habet cōclusio: secūdū
Frācis. Curti. Iuni. cōmunē opi-

 nio-

nionẽ esse dicentẽ in cõsil. 177.
incipiẽ.sacratissime.4.col.nu.13
bonus est hodie tex.leg.23.tit.4
part.3.ibi, *Fueras ende si callassen,&
lo no cõtradixessen desde el dia que fues-
se dada la sentencia fasta diez dias.*
4 ¶Et per dictã leg.fin.Bal. scri-
bit in cõsil.400.incipiẽ.pro par
te zanis,vol.3.quòd super sentẽ
tijs in rem iudicatã trãslatis,re
scriptũ à principe impetrari nõ
potest:per quòd pronuntiatio-
nis impediatur effectus,alias nũ
quã esset litiũ finis,cõtra leg.ter
minato,cum simil.C.de fruct.&
lit.expen.
5 ¶Et præcitatæ sententiæ,iuris
& de iure præsumptio inest.se-
cundum Iason,in repet.l. admo
nendi,nu.46.ff.de iure iuran.
¶Neq; ipsi contra eam Hiero-
6 nymo,ex quo iã lapsum est qua
drienniũ, restitutio daretur in
integrũ,quãtũcunq; de lesione
constaret.c.1.de restit. in integ.
lib.6.clemẽ.1.eod.tit.nota. in.l.
res publica,C. ex quib. caus.ma
ior.& in.l.1.C.de sentẽ. aduers.
fis.lat.lib.10.& per Alexã.in.d.
consil.30.nu.6.
¶Qui etiam ibi.nu. 7.præsumi
7 pro sentẽtia,quo ad rititudinẽ,
& rectitudinẽ scribit, saltẽ quã
do trãsiuit lõgũ tempus pro vt
in casu præsenti.c.bone.1.& ibi
not.doctor.de elect.c.in presen
tia de renũt.c.sicut.c.cũ inter,de
re iudi.notãt Cyn.& Bal.in.l.e-
mãcipatione,C.d fid. instrumẽ.
Bart.in.d.l.admonendi,col. fin.
versic,quæro quid si reperiũtur
dicta testiũ,& ibi Iason in eadẽ
reperi.nu.203.Alexãd.in cõsil.
17.incipiẽ.redẽptoris nri,3.col.
nu.10.vol. 4. & doctores in.c.
quoniã cõtra falsã,d probatio.
& in.c.cũ in iure,de offit.de leg.
vbi dicit Ioã.de imola quod ista
est cõmunis opinio à qua in iu-
dicando non est recedendum.
8 ¶Et sententia quæ in rẽ iudica
tam tãsiuit,iusta præsumitur:&
pro veritate habetur.l.res iudi-
cata,ff.de regul.iur.secũdũ intel
lectũ glo,verbo innouata. c. nõ
solũ,de appel.lib.6.tex. est in.l.
ingenuũ,ff.de stat.homi.et in.d.
c.sicut,& iuris autoritate effici-
tur irretractabilis,vt docet Pa-
nor.in rubri.de re iudi.col. 2.&
post eum Iason,in.l.1.ff.eod. 3.
col.nu.8.in fine.
9 ¶Et ex eisdem actis impugnari
nõ potest:secũdũ Feli.post imo
lã ab eo relatũ,& cõmunem opi
nionẽ esse dicentẽ in.c.inter cæ-
teras col.& nu.1.eod.tit.& Frã-
cis.Curti.Iunio.in cõsil.97. inci
piẽt.sacratissimæ trinitatis, fin.
col.nu.6.etiã sub instrumẽtorũ
nouiter repertorũ prætextu,te
ste Hipp. Marsil.ĩ cõsil.82.inci
pient. scientiarũ omniũ, 2. col.
nu.5.alios referente ibi,& in sin
gul.229.vbi id singulariter limi
tat ex doctrina Cyn.in.l.1.C.de
cõdi.indebi.(á multis quos ibi
ipse refert) sequuti.
10 ¶Et aliquãdo facit ius plenum
nõ nunq; plenius:quãdoq; ple-
nissimum:vt tradit Bal.in.d.l.in
genuũ,in.1.lectio.col.1.& latius

Guiliel. Mayner. in. d. l. res iudicata, 2. col. nu. 2. eod. titul.

11 ¶Et tātæ est potentiæ: quòd de ente, faciat nō ens, et de vero falsum, singul. et melior ō iure glo. verbo repeti, l. si non sortem. ff. de condi. in debi. secundū Iasō, in. l. Iulianus verum debitorem, 2. col. nu. 2. eod. titul.

12 ¶Et sanguinis naturalia vincula mutat. l. ius. agnationis, ff. de pact. & falsū mutat in verū: quo ad effectū vt: inquit Bal. in. d. c. in præsentia, 2. col. nu. 5. in fine.

13 ¶Et p dictā glo. dicit idem Bal. in. c. nosti. nu. 2. de electio. quòd potest de albo facere nigrū: & de nigro albū a Frācisco Curtio iuniore citatus & sequutus, in cōsil. 23. incipiē. præsupponitur in facto, col. vlt. nu. 8. ¶Vbi re-
14 fert eūdem Baldū, dicere solitū: quòd sententia diffinitiua solenniter lata, facit omnia rata haberi inter litigātes. Et facit eum filium, qui filius nō est: & patrem, qui pater nō est. Et quòd est altera natura: quia facit ius: & originem Creat. allegando leg. 1. in fin. ff. de liber. agnoscendis.

15 ¶Sic p sit vt sententia, cōtra rē iudicatā, lata nō valeat. l. 1. C. quā do prouo. nō est neces. & docet Iason in. l. ait prætor, §. si damnetur, nu. 7. ff. de iure iurā. & ante eū Alex. in cōs. 79. incip. I causa & lite, nu. 4. vol. 7. & post Antō. de but. & Ioā. de imol. idē tenentes i. c. pastoralis in pri. ō referi. idē eos referēs Alex. i causis pulchra cōtingentia, consil. 33. incipiē. redemptoris nostri, col. fin. nu. 12. vol. 1. bonus est tex. i. d. c. cū inter, cū ibi nota. de re iudi. & in. l. post sententiā. C. de senten. & interlo. omni. iudi.

16 ¶Et rei iudicatæ, iustæ siue iniuste, statur: postquā p appellatione nō est suspēsa. l. 1. C. de re iudi. c. quo ad cōsultationem eodē tit. & scribit. Alex. ipse in. d. consil. 30. fin. col. versic. accedit.
17 nu. 18. ¶Nec ei derogatū censetur: quāuis ad supplicātis super reuisione talis sententiæ præces Papa, seu princeps rescribat, quòd audiat talis: & iustitiā faciat. Secundum Iason. in. l. iustitia. 2. col. cū seqn. nu. 11. ff. de iust. & iur. & in. d. l. causas vel lites. 2 col. nu. 4. C. de transactio. Contra Bal. (qui vt ipse dicit solus hāc notabilē quæstionē formauit, & quòd tūc de facto pēdebat) in. c. 2. col. 1. nu. 3. de offi. legati.

18 ¶Quod re vera cōtra præfatū Hieronymum vrget, maxime cū eadem lege cautū sit Toletana.

Lo qual todo mādamos que assi se haga y cumpla aunque la parte que tuuiere fecha la tal occupacion apele del tal juez pesquisidor, & dela sentencia que diere, o la aya por ninguna, o vse de otro qualquier remedio contra la tal sentencia.

EX FVNDAMENTO. 3. sequent.

¶Ex longo temporis cursu præsumitur solennitas & forma legis Toletanæ, & commißionis adhibita. nu. 1.

Sententia arbitraria antiqua, etiā si de cōpromisso populorum nō constet, nihilomi

nus

nus propter temporis diuturnitatẽ quòd præcesŝit præsumitur.nu.2.

Limites positi virtute sententiæ arbitrariæ, præsumuntur positi & approbati ab his qui conciliorum procuratores nominãtur. & quòd habebant mãdatũ.nu.3.

In sententia lata de antiquo, præsumitur actorum solennitas.nu.4.

Tempus decem annorum, dicitur longus cursus.nu.5.

Acta omnia necessaria ex diuturnitate præsumuntur interuenisse: vt alia probatio non requiratur.nu.6.

Intentio ex in memoriali melius probatur quàm ex ostẽsione tituli in validi.nu.7.

Pragmatica delos estãcos in vol.pragmaticarum fol.63.expenditur & pro titulis (vt ibi cauetur non registratis) quòd in memorialis solum probetur.nu.8.



1 RÆterea, & tertio ex longo tẽporis viginti quinꝗ nẽpe annorũ cursu, (vt in præsenti casu) præsumitur omnis solennitas & forma præcitatæ Toletanæ legis, ac cõmissionis in huiusmodi causa, et processu ad hibita. l. si filius. C. de peti.hered. c. puenit vbi glo. de emptio. & vendi. notant. dd. in. c. ea noscitur, de his quæ fiũt à præla. Bart. Alexã. & Iasõ in l. qui ĩ aliena in prĩ. ff. de acqui. heredi. Alexan. in consil. 45. incipien. redẽptoris nostri, col. & nu. vltimo. vol. 3. et opinionẽ cõmunem asseuerant idem Alexã. 5. col. nu. 19. & Iasõ, 6. nu. 16. cũ seq. in. l. sciẽdum, ff. de verbo. oblig. ipse Iasõ, & Riminal. in. l. si certis annis, C. de pact. & in authen. si quis in aliquo, C. de edẽ. nouissimi in. l. cũ quid, ff. si cert. pet. Felin. in. c. sicut de re iudi. 14. col. nu. 28. versic. fallit tertio, dicẽs quòd licet regulariter solennitas extrinseca non præsumatur: fallere tamen propter diuturnitatem temporis, & quã plura allegat idẽ Felin. in. c. Albericus, col. fin. de testib. scribẽs solennitatem extrinsecam præsumi ex longo tẽporis cursu decem vel viginti annorũ. Et omnium latissime doctissimus Fernand. Menchacen. rei dominicæ dignissimus senator. in. c. 61. cũ plurib. sequen. lib. 2. controuer. illust.

2 ¶ Et sic, si disceptatũ fuit inter duos populos sup iure terminorũ, si ostẽdatur sẽtẽtia arbitraria antiqua: etiã si đ cõpromisso populorũ nõ constet: nihilominus propter tẽporis diuturnitatem, quòd præcesserit præsumitur, vt post Paulũ de Cast. ibi citatũ Felin. tradit in. d. c. sicut. nu. 32. & Anton. Capit. in decisio. 16.

3 ¶ Limitesꝗ positi virtute talis sententiæ arbitrariæ, præsumũtur positi, & approbati ab his qui nominãtur procuratores cõciliorum: quodꝗ habebant mãdatum, & licet hoc, etiã ex mille annorum cursu non præsumatur: in ista tamen terminorũ

causa

causa præsumitur. Secundum Bal.in.l.2.C.si ex fals.instrumē. not.Andre.Altia.& ibi Nicolaus,Arelat. in addit. in tracta. præsumptio.2 par.2.regul.præsumptio.23.sed & in instrumētis antiquis mandatum narratū præsumi Francis. Curti.senior respondit in consil.76. incipiē. super motiuis,col.pen.post numer.5.citans ibi glo.quam paucos dicit ponderare in.c. ex parte decani,verbo mandato de re scrip.volentem rescriptum præsumi impetratum ab eo qui de hoc habuerit mandatū.Et Frā. Aretin.in.c.1.col.3.nu.14. de iudic.docet quòd quando actus requirit expensam tunc in dubio præsumitur factus ab eo cuius interest,& qui de hoc habuerit mandatum.

20 ¶ Sed & ipse Chassen. in. d. nũ. 25. citando Petrum de Belluga in suo speculo Principum in titul. de propositionibus grauaminum, §. de vsurarijs, numer. 40. tenet quòd istud interesse potest alteri cedi: & vendi. quòd & Math. de Afflict. asseruit decis. 91. & Paul. Paris. consil. 75. numer. 17. vol. 4. & idem Chassen. in. d. §. 23. in glo. *C'est assavoir. x. pour cent.* dicẽs secus esse in interesse, quòd marito competit in casu dict. cap. per vestras, quòd non potest alteri cedi. & in. §. 4. supra allega. scribit quòd in hoc non est facienda differẽtia, an in cõtractu in quo datur aut dimittitur hæreditagium, si at primo æstimatio illius ad pretium, & pro pretio constituatur redditus, puta talis pro sua parte talium hæreditagiorum, habebit trecentum, pro quibus in casu defectus solutionis tali tempore constituit, aut assignat seu promittit assignare tot redditus redimibiles, pro dicto pretio, aut vere assignat, aut promittit assignare pro tali hæreditagio, aut sua parte talium bono-

rum tot redditus annuos redimibiles pro tali summa quæ veniat aut aut ascendat ad decem pro centum, prout quidam voluerunt facere talem differētiā.

11 ¶ Quoniam in his considerāda est origo,& causa obligationis, potius quàm titulus actionis.l.si filius familias.1.C.ad Macedon.l.tutor,ff. de fideiuf. bonus est tex.l.qui id quòd, in pri. ff.de donatio.ibi. *Causam enim, & originem constitutæ pecuniæ, non iudicij potestatem prævalere placuit.* facit.l.cum filius,§.hæres meus,ff.de lega.2.& explicat idem Chasen. in eodem libro,rubri.7.§.8.in tex. *Sunt y sur.*

12 ¶ Et facit vltra eum, vlterius, quia ratione emolumēti,per emptorem possessionis percepti, potest venditor singulis annis, istud interesse recipere,dū principale sibi non soluitur:non quidem tanquam vsuram veram debitā pro nūmis principalibus, sed tanquàm interesse, & in recompensam emolumenti possessionis, per eundem emptorem percepti.d.l.curabit.c.salubriter, de vsur.cum alijs iuribus superius citatis.

23 ¶ Quòd procedit nec dum de iure ciuili,sed etiam de iure canonico, notabil. est glo. verbo de feudo,versic,aliàs etiam posset attentari, c. conquæstus, de vsur. singulariter notanda secund.Abb.Panor.ibi.2.col.nu.6.& bene notāda,secund.Ioan. de Anan.ibi.col.1.num.2. quia legistæ,& canonistæ,faciunt festum de illa dicentes,quòd non reperitur alibi de iure canonico,similis tamen de iure ciuili, est glo.verbo,ratio,in.d.l.curabit.&in.leg.2.verbo,tradita.C. de vsur.cōmuniter ibi receptæ. & voluit glo. verbo post diem, & verbo,precaria.d.l.Iulianus, §.ex vēdito,&in.§.Papinian us, verb.excedit ad finē.& ibi Bar. & Bal.& quam plures doctores per Stephan.Bertrand.citati in consil.109.incipien. etiam si verum sit,col.1.in prin.vol.3. Bal. Abb.& Felin.post alios in.c.P. &.g.de offi.delega.idem Panor. Felin.& Decius in.c.cum venerabilis de excep. Aymon Crauet,consil.189.incipien. quando fœmina,colum.fin.bonus est tex.cum glo.& Bart.in.leg.3.in fin.ff.de eo quòd cert.loco,&in leg.at qui natura,§.non tantum ff.de nego.gest.& in.l.socium, ff.pro socio,& in.l.& in contraria,in prin.ff.de vsur.& ibi Bal. & in.c.dilecti de for.compet.

24 ¶ Quæ nec dum procedunt in interesse damni emergentis,sed & cessantis lucri.secundum cōmunem in.d.c.conquæstus. & notat Cayetan.22.quæst.78. art.2.& Ioan.Maior.in.4.sententen,distin.15,quæst.30.& voluit sanc.Thom.22.quæ.62.art.4. Conra.de contract.quæst.30. Cardin.à turre cremat.in.c.si res.24.quæ.6.versic.ad tertiū. Siluest.verbo vsura.1.quæst.19. Gabriel.in.4.sententia.dist.15. quæst.

11.art.1.notab.2.Angel.in sum ma verbo,vsura.1.quæst.16.Anton.Archiep.florenti.2.par.tit.1.cap.7.§.19.tradit late Rebuffus in.l.vnic.in prin.C.de sen ten.quæ pro eo quòd interest. optimus est tex.l.si commissa,ff. rem rat.haber.

25 ¶ Præterea,vsuras(si sic eas vocemus)quas venditor in nostro casu percipit (si diligentius examinentur)non sunt verè vsuræ sed rei propriæ psequutio. quæ deducitur ab æquitate iustitiæ commutatiuæ,quæ in æqualitate consistit,vt scribit Aristotel. lib.5.Ethicor.c.ap.5.eaq; versatur:quòd quatenus,vnus cotra hentium implet,debeat alter vicissim implere,aut impleri soluere lucrum implemēti recepti. ne sequatur inæqualitas, inter commutantes proprias res:nam si emptor,fructus pcipit rei emptæ non dum soluto pretio, iustum est vt pretij vsuras,vsq; ad fructuum quātitatem vēditori soluat:qui ei rem tradidit libere cum eam tradere,pretio non soluto,minime teneretur.l.excepto in prin.ff.de actio.empt.vtraq; hæc decisionis ratio est.d.l.curabit.vt expressim adnotauit Carol.Molin.de contract, quæst. 74.nu.559.nam cum re emptor fruatur(ait iurisconsultus in.d. §.ex vendito.) æquissimum est eūvsuras pretij dpēdere bonus est tex.in.l.fin.ff.de fund.dotal.

26 ¶ Vsuræ enim recompensatoriæ,omni iure admittūtur,quia dātur in recōpensam eius quod iuste competebat:&debitū erat eas recipienti,quòdq; ipse iustissime habiturus esset,secūd. Bal. Paul.& Saly.in.d.l.2.de vsur. Anani.in.c.1.col.pen.& in.d.c. cōquæstus,col.1.de vsur.& Carol.Molin.in cōsuetudin.Parisie.titu.1.§.1.glo.9.nu.20.&Hiero.Cagnol.in.d.l.curabit.2.col. &Hiero.Curiel(dicētem cōmunem opinionē esse omnium doctorum Theologorū, Canonistarum,& legistarū) in tract.de. vsura,& cor.pœn,3.quæst.3. part.1.versic.aliæ vero vsuræ pagin.mihi.126.

27 ¶ Hocq; potest à principio in pactum deduci.vt notatur.in.c. peruenit,de fideiuss.&Ioan.lupi testatur in.d.nota.final.incipiē. sexto cum dicit tex.3.col.facit.l. muto,§.sub conditione,ff.de tute.& nota in.c.significasti de electio.per quæ iura Detius,idem scrib.in.d.cōsil.119.col.2.versi. nā prima facie,& voluit Bal.in.l.rogasti,§.si tibi,ff.si cert.pet.& ibi Purpura,nū.39.& idē Deti. in.d.c.cū venerabilis.nū.14.ad fin.Hieron.Cagnol.in.d.l.cura bit.nū.95.Carol.moli.d cōtrac. in prin.nū.35.Ioan.de Medina de cōtractib.quæst.38.Bartholo.Socin.cōsil.88.incipien.abūde & eleganter,col.pen.& consil.103.incipien.præsens consultatio,col.fin.& consil.130.incipien.circa, volum.4.& plures alij à Paulo Parisien.citati,& sequuti in.d.cōsil.60.vol.1.num.

21. et. 13.

28 ¶ Et pactio hæc fieri potest, de soluenda certa quantitate, quæ etiam excedat fructuũ æstimationem, & eorum interesse, modo in hanc nostram vim annui redditus redimibilis fiat, cũ pacto redimendi, in hunc sane modum, quòd emptor constituat se soluturum venditori, certam annuam quantitatem, dum pretium solutum non fuerit iure, & titulo annui redditus, vẽditi super re ipsa empta ad rationem vnius, ad pretij cõuenti numerum, quòd & reuerendissi. præceptor meus Dida. á Couarru. præsul nunc Segouiensis dignissimus adnotauit, dicens notandum esse, & non semel hanc pactionem initam vidisse: in. 3. lib. varia. resolutio. c. 4. num. 6. vers. sic. octauo infertur.

29 ¶ Quòd vtiq; etiam procedit in venditore, pro parte rem venditam tradente, & contractum venditionis seruante: qui licite petere potest vsuras pretij, pro illa parte non soluti, secundum fructuũ rationem, vt in hac specie expræsse Carol. Moline. testatur in. d. tract. de contract. quæst. 74. numer. 556. & est tex optimus in. d. leg. fin. §. fin. ff. de fund. dotal. facit quòd voluit. Bal. in. leg. si traditio. quæst. 11. C. de actio. empt. & Bart. in. leg. Iulianus, §. offerri, ff. eod. & Alexan. cõsil. 121. incipien. viso themate. vol. 4. & Cagnol. in. d. leg. curabit. nu. 40. quorum opinio cõmunis est, teste eodem Molineo, qui & eam sequitur, in. d. quæst. 74. num. 557.

30 ¶ Quæ vsuræ pretij non soluti á die traditionis rei venditæ, ab emptore, hoc nempe casu venditori debentur, etiã si emptor nullos ex re empta fructus percepterit, nec pcipere potuerit, nec- itidem venditor ipse percepisset: si rem ipsam non dum tradidisset: secundum Bal. ita intelligendum in. d. l. 2. C. de vsur. & Paul. in. d. l. curabit. & Anchar. in regul. peccati venia, 8. col. de regul. iur. in. 6. Anani. in. d. c. cõ quæstum. 1. col. & Socin. consil. 88. incipien. abunde, & eleganter. nu. 8. & . d. consil. 103. col. 1. vol. 4. Mariã. Socin. cõsil. 174. col. 5. vol. 2. Paul. Paris. d. cõsil. 60. nu. 28. sicuti in hac fructuũ æstimatione, non habetur hoc casu ratio fructuũ, quos: pcepit emptor, etiã si vberiores, ac maiores vere percepisset fructus vt tradit Socin. in. l. d. diuisione. 4. notab. ff. Sol. mat. & ibi Claud. col. fin. Hiero. cagnol. in. d. leg. curabit. nu. 48. & Carol. Moli. in. d. quæs. 74. nu. 541. Sicq; ad cõcordiã reduci possunt doctores, quos cõtrariã opinione tenẽtes, idem Didac. a Couarru. (veriore cẽsens) adducit in paulo ante citat. 4. capi. nu. 3. cum iuri, & ipsi naturæ consonũ sit, eum sequi incommoda, quem cõmoda sequũtur, & ẽ diuerso. l. secũdum naturã, ff. de reg. ius. regul. qui sentit. eod. tit. lib. 6.

¶ Præ

31 ¶ Prædictaq; procedunt, etiam vbi inter emptorem, & venditorem, promissio tantum vendendi, & emendi fuisset facta non equidem ipsa venditio: modo certum pretiumfuerit statutum, & venditor rem ipsam emptori, vti promiserit tradiderit (quid enim obsecro aliam venditionem requirimus? nonne, ex hac traditione facta huius promissionis causa, satis censebitur venditio effectum sortita? ita quidem.) ideoq; locus est vsuris quas dict. lex curabit, admisit, sic enim sensit Socin. in cõsil. 170. incipien. in præsenti consultatione, col. pen. & final. vol. 2. & Paul. Parisi. in consil. 75. num. 17. vol. 4. & in. d. consil. 60. nu. 23. vol. 1. dũ scribũt præcitatam legem curabit, etiã obtinere in promissione, & pacto de re vendẽda, æquissimumq; est, emptorem fructus reddere: ex quo habuit ab eo, qui vendere promisit, iuxta pretium rei in pactionem venditionis deductum, licet Alexand. in addit. ad Bart. in. d. l. Iulianus, §. offerri ff. de action. empti, & in consil. 37. col. 2. volum. 2. & Philip. Deci. in consil. 183. incipient. in controuersia quæ ad finem existiment emptorem non teneri adusuras pretij non soluti. iuxta decisionem. d. l. curabit. vbi non præcessit venditio, sed pactum de vendendo. Siquidem cum in hac promissione pretiũ fuerit nominatim definitum, & id solutum, æquius sit ob euitandos circuitus, idem in hac specie quòd in vera venditione seruari. cum, & venditor possit hoc casu, agere ad pretium constitutum, ex sola emendi promissione ex traditis ab Andre. Tiraquel. lib. 2. de retrac. in fin. à. num. 25. vsq; ad. 60. quòd & præcitatus præceptor meus, verius censet, ante allegat. c. 4. num. 8.

32 ¶ At, quòd præstentur decem pro cẽtenario, ratione dicti emolumenti alias veri, & fructuum perceptorum, satis probabile est: quia etiam secundum vsum bonæ mercantiæ tale, lucrum affertur. d. c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. secund. Bal. in. leg. fin. §. præterea, 2. col. num mer. 5. C. de iure dot.

34 ¶ Et quòd decem pro centum, seu vnum pro decem sit iustum pretium. Bart. tenet. in. leg. in lege falcidia, ff. ad leg. falcid. & Paul. de Eleazar in. c. salubriter de vsur. & idem Bald. in. c. consultationibus, 2. colum. versic. sed nunquid valeat de offi. deleg. & Cepol. cautar. ciuil. consil. 15. incipi. circa casum col. fin. & ex theologis, Ioan. Capistrano in tract. de vsur. chart. 4. versic. secunda quæstio circa decem, ac huic opinioni optimus ad stipulatur tex. in. leg. Papinianus. §. vnde si quis, ff. de inoff. test. vti illum declarat Pet. Philip. Corne. in consil. 265. incipien. circa primum. 2. col. versic. & maxime, vol. 1. sed & Andre. Tira-

Tiraquel. nouissime scribit, id videri apud antiquos fuisse obseruatum, in lib. de vtroq; retract. tit. 1. §. 1. glos. 6. super verbo, Rentes, nume. 17. fol. mihi. 28.

34 ¶ Quòd, & apud nos ex more nostræ regionis receptum cũ sit licere videtur, argumẽto eorum quæ ipse Bald. notat in consil. 94. incipien. vtrum maritus. vo. 1. facit extrauagans. 1. Martin. quinti de emptio. & vendit. ibi. *Quadam consuetudo rationabilis obseruata.* & ibi. *Comperimus contractus huiusmodi iuridicos.* & quòd Ioannes a Medina tradit in suo codice de reb. restituen. per vsuram ac quisit. tit. de censibus quòad eo rum emptionem, responsio. ad 2. fol. 158. recurrẽdum esse dicens ad communem hominum æstimationem: & currentem, & approbatam consuetudinem in terim quòd super his pretium certum per publicam autoritatem taxatum non est. quæ Guido. Papæ fuit sententia in consil. 180. quam Couarru. refert. & sequitur lib. 3. vari. resol. c. 10. num. 2.

35 ¶ Istoq; casu si pactis contractus, per recipientem possessionem, & annuum redditum præstare debentem contrauentum sit, pactiones, conditiones, pœnas ve, sibi impositas non seruauerit, poterit expelli. locus q; erit commisso, & legi apud curias Taurinas. 68. quæ verissime isto in nostro paulo ante citato procedit themate, ac verissimus si intellectus, & declaratio illius legis est, vt ex Baldo colligitur in authen. & qui iurat. C. de bon. auto. Iud. possid. 13. col. num. 59. & notat Innocẽ. Abb. Anchar. Cardin. & communiter doctores in. c. in ciuitate de vsur: & nouissime præceptor, quondam ille meus Anton Gometius in commento eiusdẽ. le. 68. 3. col. ante num. 3.

36 ¶ Cuius rei illa ab omnibus recepta ratio est: quòd directum illius possessionis dominium dũ sibi totum eius pretium non soluitur, penes dominum dantem remaneat. adhuc q; creditor sit, & ratione fructuũ quos amittit: & recipiens lucratur, ac suos facit, possit erga annuã præstationem, & alias conditiones sic recipienti leges indicere, & statuere pœnas ab eo con traueniente iure optimo exigendas. quicquid eruditissim. ac Reuerendissi. Præceptor etiam meus Didacus à Couarruuias distinguat in. c. 7. numer. 1. versic. solet tamen apponi. lib. 3. varia resol. hoc solum praxim & forensem vsum dicens admittere, vbi census perpetuus, constituitur absq; redimẽdi pacto, & res super qua constitutus est: ipsius erat, qui pensionem annuam soluendam sibi fore ca uerit. nam & si census perpetuus is non sit dicta lex, nostro in dicto censu emphiteotico, & si redimibili (vt ante dictũ est,)

præfata ratione, locũ obtinet.
37 ¶ Quòd eadem secus erit censendum de censuario, qui super suamet possessione censum vendit: ac ad annuã præstationem (interim dum totum pretium quòd recepit, non soluit) obligatur, cum plenus, & perfectus dominus eiusdem possessionis remaneat, (vt scribit Math. ab afflic. in. d. decis. Neapol. 89.) & apud creditorem, cui debetur, non sit ipsa pensio aliquòd dominiũ, aut ius rei, vt docet Bart. in. l. fundus quem. ff. de annu. lega. & est tex. in. l. codicillis de lega. 2. vbi prohibitus alienare in extraneos poterit pro pensione rem obligare, sic qꝫ fit, vt censuarius hic per tres annos, & adhuc plurimos non soluens, in commissum non incidat: nec a iure suo cadat. c. constitutus, de religio. dom. vbi post eius glo. ordina. tenent Innocen. Hostien. Panor. Anchar. Cardin. & communiter. dd. secund. Deti. in consil. 138. incip. & diligenter. 1. col. num. 5. & Hippol. singul. 95. incip. con tractus cẽsualis. & eand. glo. ipse Deti. dicit ad hoc notab. in consil. 146. incip. & pro tenui. in prin. & Socin. consil. 167. incip. non inutilis. 2. vol. & idem Panor. (bene loquens) in. c. 1. 2. col. num. 7. de rest. in in teg. appellat notab. & sing. Co- uarruu. in. d. c. 7. nũ. 1, & declarat Imol. in. d. c. ad audientiam. 2. col. de reb. eccle. non alien. & reputat limitationem multum pulchrã, Iason, in. l. 1. col. 10. nũ. 49. C. de iure emphi. qꝫ vis. Bal. in consil. 177. incip. ad euidentiam. 2. col. num. 6. vol. 3. contrariam sentẽtiam dixerit communem esse.

38 ¶ Possessionemqꝫ, creditore minime requisito, alienare poterit. vt scribit Ioã. lup. à Pal. rub. in l. 70. Taur. 11. col. num. 28. & Antõ. Gomet. in. d. l. 68. 4. col. versic. secundo infero.

¶ Quem in eo (quòd dicit præ dicta intelligenda, nisi inter contrahentes pactum fiat, & conuẽtio, quòd pretio nõ soluto per certum tempus, vel re alienata irrequisito creditore, cui pensio præstatur res incidat in commissum, quia tale pactum & cõuentio dbet seruari, dato casu quòd pœna sit magna, & excessiua, & quòd ista est propria decisio dicta leg. 68) non probo, libentissimeqꝫ ab eo discedo. siquidem in huiusmodi censuario, (vt superius aduertimus) nec præfata lex hæc disponat: & in cõcessione in imphiteosim in recõpẽsam fructuum perceptorum annuæ præstationis soluẽdæ, pro prius loquatur. quicquid Anto. ipse, & non nulli eiusdem legis glosatores fortasse non ita exacte, aut considerate aduertentes aliud machinentur.

38 ¶ Pœna enim cõmissi, emptioni census contra venditorem apposita, iniqua est, ac iniusta: neqꝫ exequutioni tradẽda, etiã si censuarius per biennium ex ne-

negligentia, aut alia culpa pensionem solutionis omittat, quæ si in huiusmodi contractu locum haberet, similiter in pignoribus obtineret, licitum q; foret mutuare, vel emere, aut vendere aliquid, accepto pignore, hac lege, vt si in termino præfixo debitor nō soluerit: ipsum pignus creditoris efficiatur, loco eius quòd illi erat soluendum: quòd reprobatum est.

41 ¶Et tale pactum non valet. l. fi. C. de pact. pigno. & de leg. cōmisso. c. significante de pigno. lege. 12. versic, *è porende dezimos.* titul. 13. part. 5. & l. 41. titu. 5. ead. part. & merito, eo quo d obligatio pignoris communiter soleat fieri pro longe minore quantitate, q; valeat pignus, & ex tali pacto si valeret, debitor multū defraudaretur. Hæcq; ratio lōge maiorem vim habeat in huiusmodi contractu cēsuali. cum semper possessiones, seu bona super quibus sun datur, & venditur, maioris multo valoris sint q; pretium pro censu datum: & necessitate præssus debitor hoc casu faciat, quicquid vult, creditor (vt ex præcitatis partitæ legibus expræssim notatur) at dictæ leg. 41. verba quòd in venditione loquantur: & melius, ac proprius nostræ conclusioni adaptentur, hic inserere libuit: *mas si la comprase de otra guisa, diziendo assi: que fazia tal pleyto conel, que si la non quitasse à dia señalado, que fuese suya por aquello que dava sobre ella à peños entonce no valdrie el pleyto: nin la vendida. E por esta razon non tenemos por bien que vala tal pleyto, porque los que emprestan dineros à otros, sobre peños: non lo querrian fazer de otra guisa. E los omes quando estuuiessen muy cuytados, con muy gran mengua que ouiessen, farien tal pleyto como este: maguer entendiessen que seria asu daño.* & ita censuarius maneret suo fundo priuatus, quem ante contractum plenarie possidebat. & censualista eundem fundum plenarie sibi acquireret, quem ante contractum minime habebat. hoc q; casu, cum lucro notabiliter maneret: & censuarius notabiliter cum damno. & tāto cū maiori dāno, quanto maioris pretij, & valoris erat fundus: in quo census fuit constitutus: exorbitantissimumq; esset, fundum censualem quatuor millia aureorum valentem: & censum ibidem constitutum paruum, leuandi scilicet annuatim vnum aureum, pro triginta, aut decem seu viginti aureis emptum: per non solutionem pensionis, censualistam sibi acquireret: loco illorum aureorum, quos pro censu ipse tradiderat.

42 ¶Discriminisq; huius, & nostri (de quo loquimur casu) ratio aperta est: siquidem qui à domino fundum recepit: & si ex non solutione, per bienium, re ipsa totaliter priuetur: nulla ei iniuria, aut damnum fiat, qui hac lege, fundum illum à suo vero domino susceperit, vt

vt si per biennium pensionem non solueret: redeat fundus, ad dominum suum qui illum tradiderat. & sic res redeunt, ad statum in quo erant ante cõtractum emphiteoticũ quòd re- ucra non est in contractu præfato censuali: in quo si fundus, in quo census cõstitutus est, ob non solutionem pensionis efficeretur totaliter cẽsualistæ: non ita res ad priorem statum redirent. Nec obstat si diceretur, cõtractus censuales (qui in vsu sũt) emphiteosi assimilari: quia illa assimilatio consistit in alijs cõditionibus. non tamen æqui parantur quoad penã legis cõmissoriæ.

43 ¶ Minus q̃ oberit quòd paulo ante citata lex Taurina loquatur per hunc terminum, *censo*, nam illud verbum *censo*, stat improprie. vt declarat Imol. in.d.c. ad audientiam. 2. col. de reb. eccles. nõ alien. subiungens, quòd si in instrumento diceretur: concedo tibi talem rem in emphiteosim pro annuo censu: & omne ius quòd habeo in illa re, ille non esset contractus emphiteoticus, sed contractus censualis: & illa verba, concedo in emphiteosim starent impropriè. quòd ipse reputat multum notãdum, & sequitur Iasõ. in. d. l. 1. nume. 49. de iure emphiteo. vnde verius meo iudicio præcitatæ legis 68. in illis verbis, *si alguno pusiere sobre su heredad algun censo, con condiciõ*. sensus, ac consona contextura est. *si alguno pusiere algun censo sobre su heredad, s. que diere) con cõdicion. &c.* cum mens, ac ipsius legis ratio, potius inspiciẽda sit, quam eius verba, & sententia illius verbis, est præponenda: vt paulo superius aduertimus: ac latius deduximus.

44 ¶ Quicquid ibi Anton. gometius. & Ioan lup. a Pal. rub. cum Didaco à castello velint, intelligentes dictam leg. Tauri, quando habens domum, in necessitate constitutus, super ea censum minoris longe valoris, venderet annuatim soluendum ad diẽ sancti Ioannis, alioquin caderet in commissum, ipsa q̃ domus efficeretur cẽsualistæ. quòd quantum à vero eiusdem legis sensu, & mente deuiet, & aliarum Regni legum dispositione, reprobantium id pactum commissorium, ac eius exequutionem, consores (vt aiunt) & lippi ex supradictis facillime iudicabunt.

45 ¶ Et earum correctio, per subauditos intellectus inducenda non est. ac omnis absurdus intellectus fugiendus, & cuitandus sit. l. nam absurdum, ff. de oper. liber. l. scire oportet, §. aliud. ff. de excusat. tutor. scribit (vltra alios) Hippol. in consilio. 85. incip. post redditum. 2. numero. 8. horum q̃ doctorum interpretatio prorsus reijcienda est potissimum ne iuris communis dispositio tali absona interpretatione corrigatur.

vt

vt docet Iaso. consil. 52. incipiē. visis. 1. col. vol. 1.

46 ¶ Et potius cōcordandæ sunt hæ leges, secūdum glo. notabil. verbo, petere, ad fin. c. cupiētes §. quòd si pervigin. de elect. lib. 6. l. vnic. C. de inof. dot.

47 ¶ Tradit Alexād. in consil. 116. incipiē. animaduersis statutis. 3. col. num. 14. cum sequen, post Angel. & alia quæ ibi citat scribens, quòd mens debet attendi, etiam si verba disponentiū contraria sint menti. ab Hippolit. Marsilien. citatus, & sequutus, in. d. l. sed et sciendū. 2. col. num. 6. ff. ad leg. Pomp. de parric. & in. l. si quis viduam. 3. col. num. 11. cum sequen. ff. de quæst.

48 ¶ Et in dubijs, tenendus est ille intellectus, & opinio: per quam euitatur omne peccatum: vt explicat Abb. Panor. in. c. fin. de præscrip. 5. col. num. 16. & ibi late eius addition. & probari videtur in. l. 9. tit. 1. part. 1. & ne sic intelligendo prout præallegati doctores intelligunt: lexq; ipsamet Taurina iacet: demus, quòd in periculum sit animarū vt Bal. adnotat in prælud. feudor. 3. col. num. 5. aut nutritiua sit peccati. vt in casu non absimili clare deduci videtur ex. l. 7. titu. 7. lib. 5. ordinat. Regi. ibi. *è, con esto saca la heredad, que por ventura vale la mitad mas, ò los dos tercios, que quando la ouo el comprador: lo qual paresce cosa muy inhumana è agra, è muy subiecta a fraude è a peccado.*

49 ¶ Lex siquidem quæ peccatū non excludit, aut peccati est nutritiua, nō valet: vt testatur Bart. in repet. l. omnes populi. 8. col. nū. 22. ff. de iust. & iur. ab Abba. Panor. relatus, & sequutus, in. d. c. fin. de præscrip. 3. col. nume. 10. imo nullam esse Bernardus Landria. eius addit, scribit in. c. 1. nume. 9. de constit. super verbo, foro animæ, circa finem. dicens, tunc non esse opus irritatione. quòd & Anchar. voluit in consil. 25. incipiē. videtur prima facie. 2. col. num. 2.

50 ¶ Dum enim ex lege sequitur aliquod peccatum non est lex, nec habet suam autoritatem. quia cum a Deo ipso optimo, & Maximo, habeat potestatem: quam Deus nō largitur ad peccandum: teste Bart. in. l. omnes. C. si cont. ius, vel vtil. publi. talis legis lator potius dicetur errare, quàm legem, cōdere. c. sunt quidam. 25. quæst. 1. & cū data sibi sit authoritas à lege æterna: talis potestas ordinanda est ad euitanda ea: quæ sunt contra eamdem legem. non autem ad statuēdū quæ legi æternæ sunt aduersa. c. quæ contra mores. 8. dist. c. Iuli. c. qui resistit. 11. quæst. 3. & docent Anton. & panor. 4. not. in. d. c. fin. vbi tex. *generaliter omni cōstitutioni ac cōsuetudini derogandū (cēset) quæ absq; mortali peccato, nō potest obseruari.* & in. c. fin. de consue. si nutritiua peccati lex sit, non valet. cum de eius natura sit peccatum ne habeat, & quòd omnino obuiet peccatis. quòd descen-

descendat, & vires habeat á lege naturali, & diuina, vt in .d. c. quæ cõtra mores, & ex quo de eius essentia est, vt habeat ratione͂, rationeq́ꝫ, & peccatum, inter se pugne͂t, (cum peccatum sit, quòd cu͂q́ꝫ cõmissum contra dictame͂ rectæ rationis,) consequens est, vt lex sit contra peccatum.

51 ¶ Nec obstant fines puniendi negligentiam, cum hi fines ita sint adaptandi, quòd ex eorum illationibus peccatum non inducatur: nam si generarent, tunc quidem degenerarent á principijs primis, ex quibus oriu͂tur tales fines: nam cum á lege æterna omnis iustitiæ finis deriuationem habeat, non potest recte deduci, nisi eo modo, quo semper æternæ legi conueniat.

52 ¶ Et voluit sanct. Thom. 1. 2. quæst. 93. art. 3. dum dicit quòd nulla est lex, quæ non participat de lege æterna, vel etiam nulla est illa lex, quæ aliquo modo peccet in ipsam, vt præallegatis iuribus.

53 ¶ Tandem cum in præfatione paulo ante citatæ pragmaticæ. 127. de censibus dumtaxat cõsultetur, ibi. *Y como no ay otra manera de se socorrer la gente, sino es tomando censos sobre sus haziendas.* Ex consequẽti eius dispositio de his necessario intelligenda est, & non de annuis in recompensam fructuu͂ præstationibus, emphiteoticisq́ꝫ cõtractibus: qui (vt paulo ante notauimus) longe differunt, valdeq́ꝫ diuersi sunt.

54 ¶ Et aliud iudicatum non censetur, quam quòd in precibus, seu libello comprehensum est: secundum glo. notabil. verbo, neq́ꝫ ad fin. 2. quæs. 8. quam citat, dicens tenendam menti Bal. in. l. Pomponius, §. sed & is. 1. col. num. 3. ff. de procur. c. licet Heli de simon. l. vt fundus, ff. cõm. diuid. *Et stultus reputetur iudex qui pronuntiat super non petito.* l. fin. §. vide. C. de fideicom. liber.

55 ¶ Libellus enim seu petitio, vt subiectum se habet: prouisio vero, & dispositio, vt prædicatum, teste Panormit. post glo. finalem ibi, quam dicit singularem, & notandam, & ad id quotidie solere allegare. in. c. dudum, col. pen. nu. 15. de decim.

36 ¶ Et Ex præfationibus iudicatur dispositio sequens. l. fin. ff. de reb. dub. §. capite tertio, & ibi glo. verbo, prima parte, plura adducit iura, instit. ad leg. acquil. & in casu pulchro Philip. Decius consuluit, in consi. 10. incipien. viso puncto. 1. col. nu. 2.

57 ¶ Et scriptura præcedens declarat sequentem, vt not. Iason in. l. coheredi, §. qui discretas. num. 2. ff. de vulg. & pupil.

58 ¶ Sic rescriptum Principis, obscurum, vel ambiguum, intelligi debet, & declarari, iuxta formam supplicationis porrectæ: vt post Bernard. Bal. not. in. c. inter dilectos, col. pen. num. 19. de fid. instrum. & Abbas not. in. c. 2. de treug. & pace & scribit Alexan. in cõsil. 84. incipien. in causa ver

tente,col.fin.num.4.vol.1.

59 ¶Et Iason in.l.iustitia.2.col.nu. 11.ff.de iust.& iur.scribens simplicem,vel ambiguam responsionem,intelligi secundum interrogationem præcedentem,& idem Iason in.l.causas,vel lites.2.col. nu.5.C.de transac.

60 ¶Et facit,quia petitio procuratorum,præcedens dictam dispositionem circa dictos census,fuit determinata,vt in præcitatis verbis,& ibi. *Y estos los hallan tan baratos, como son diez por ciento,que muchos se han dado tanto à ellos: que pareſciendoles que es buena manera de biuir, se han dexado de la labrãça,y criança,y de otros tratos y grangerias en que entendian, con que el Reyno era beneficiado: y emplean sus haziendas en los dichos censos.* Et cõcessio quantumcunq; in determinata sit,facta intelligitur secundum petitionem:argumen.§.præterea, instit.de inutil.stipula.&.l.1.C. de diuersis rescript.&.d.§.qui interrogatus.l.si defensor,ff.de interrog.actio.

61 ¶Et quæ per illa iura not.Bart. in.l.1.ff.ad leg.Iul.maiest.2.col. num.3.dicens,quòd quando securitas fuit determinate petita,& in determinate data, tunc intelligitur illa indeterminata concessio, secundum determinatam petitionem: & in egregio casu Bartho. Socin.respondet.in consil.67.incipien.visis inuestituris.4.col.nu. 13.vol.1.& consil.165.incipien.visis.3.col.numer.7.vol.2.dicens, quòd quando fuit determinata petitio,concessio autem quantumcunq; indeterminata intelligitur, secundum petitionem facta.

62 ¶Et satis ex ipsamet pragmatica colligitur sic innuente. *Tratado y platicado sobre lo que nos pedis,* & ibi, *ni constituir juros y censos,* & ibi, *que ha sido costumbre de venderse à menos precio,* & ibi. *Lo mesmo se entienda y guarde, en los juros que hasta aqui auemos vendido, y vendieremos adelante.*

63 ¶Quæ verba satis aperte nostrã conclusionem fundant,& probãt, siquidem de censu & venditione expræsse,& nuncupatim loquantur:ideo cauillari ea non oportet, sed eius rationem,mentem,ac realitatem sequi.l.begninius,ff.de legib.& scribit Paul.de Cast.in cõsil.83.incipien.præsens casus, in prin.part.2.subiungens, quòd nec propter verborum legis contentionem, quæ pertinacibus est relinquenda,(vt tradit glo.in rubri.ff.sol.mat.)recedere debemus ab eo,quòd est euidenter verum: nec propter nimiam subtilitatem fraudare debemus mentem statutorum á Iasone sequutus,licet corrupte citatus,in.d.cõsil.52.incip. visis.2.vol.1.

64 ¶Et est bonus tex.(iuncta æquiparatione, ab vltimis voluntatibus, ad statuta interpretanda in iure validissima: vt docet ibi Iason post Cyn.& Bal.in.l.fin.C. per quas person.nob.acquir.& Ludoui.Roma.consil.104.incipien.pater reuerende.colun.2.) in.l.si quis filium.C.de lib.præterit,ibi. *Cum enim manifestißimus est sensus testatoris, verborum interpretatio*

nusquàm

nusquàm tantum valeat, vt melior sensus existat.

65 ¶Sic,& ad rem etiam (vnde digressus sum,lõgius quam deceret, explanandæ quæstionis causa in praxi passim contingentis:ac minus discussæ)cum sensus paulo ante citatæ legis Toletanæ clarus sit contra occupantes terminos indebite,& sine aliquo iusto titulo,interpretanda non est:vt extendatur contra occupantes iuste,& cũ titulo, & sic aduersus præfatum Hieronymum à monte Marthá aliàs habẽtem titulum, ac possessionem viginti quinq; annorum, plusq; temporis, ac cuius parẽtes prædones dictæ possessionis terræ nõ fuere ex quo à reali possessore emerunt,&pro ea,illi pretiũ numeraucrunt. l. etiam. §. si quos sciens,ff.de peti.hæredit. nota. in l.ex stipulatione,ff.de acquir.posse.l.nemo prædo,ff.de regul. iur. vbi post Decium, Carol. Ruin. Guiliel.Maynerius, & Pet. Loriotti explicant.& ante eos Paul. de Castro notat, in consil. 248. incipient. visis, & ponderatis, 2. colun.ante numer.5.part.2.

EX.3.FVNDAMENTO sequent.

¶*Leges Toletana, & de tributis Madritia,à iure communi exorbitãtes,necessario restringendæ.num.1.*

Statuta contra iuris communis regulas,restringenda sunt.nu.2.

Leges Tolet.& de tributis Madritia,restringendæ,ne tertio præiudicium inferatur: licet sui natura fauorabiliores sint.num.3.

Principum beneficia,latißime licet interpretentur,stricte tamẽ interpretantur, quando agitur de præiudicio tertij. numero.4.

Priuilegium, à sui principio æquum, cessat,si ex post facto,tendat ad iniquum. num. 5.

Papa non præsumitur,quòd alterius iuri voluerit derogare.nu. 6.etiam si motu proprio gratia facta sit, & clausula ex certa scientia,apponatur,ibidem.

Princeps in dubio præiudicium,quantumuis modicum,tertio inferre non præsumitur: secus quando constat de principis voluntate.numer.7.& glosæ contrariæ sic concordantur,ibidem.

Princeps per statum generale, præiudicare potest subditis, etiam in iure quæsito, & quomodo id intelligatur. numer.8.

Lex Tolet.& de tributis Madritia, intelligi,& distingui debent,secundum ius commune,nequis indebite damnum patiatur.nu.9.etiam si mediante intellectu,nihil operarentur,& superfluæ redderentur,ibidem.

Principum rescripta,intelligi debent,vt nemini iniuriam faciant. num.10.

Rescriptorum verba conformari debent æquitati,etiam si verba ipsa non patiantur.num.11.

Statuta recipiunt declarationem à iure communi,sicut lex noua,ab antiqua,potius quàm quòd in totum cẽseatur sublata.num.12.

Statuti verba, à iure communi exorbitantis, proprie intelligi debent. numer.13.

1 TERTIO PRINcipaliter, eadem pro parte illud expeditū est, leges paulo ante citatas regias, Toletanam, & de tributis Madritiā, in eo quòd no nouiter statuunt, á iure communi exorbitantes censeri: vnde ex cōsequenti necessario restringendæ sunt, & non extendendæ: leg. ius singulare, l. quòd vero contra, ff. de legib. l. si vero, ff. de legib. l. si vero, ff. sol. mat. c. quæ à iure cōmuni, de reg. iur. lib. 6. bonus est tex. in. c. cōstitutionem, & ibi glo. verb. prorogamus, de reg. iur. eod. lib. Nec tunc quidem, cū eadem subsit ratio, vt ibi probatur, & censuit glo. verbo inquisitionis. c. in fidei, de hæret. lib. 6.

2 ¶ Statuta enim contra iuris communis regulas, restrigenda sunt: vt (post alios per eum ibi citatos) Philip. Deti. scribit in consil. 679 incip. viso eleganti consilio, nu. 3. & consil. 656. incipien. iuridicam esse arbitror. num. 8. tex. est in. l. si quando, C. de inof. test. & docent omnes, in. l. fin. ff. de const. princip.

3 ¶ Et facit, quia & si præallegatæ leges, sui natura fauorabiliores sint, restringendæ adhuc sunt, ne tertio præiudiciū inferatur. l. nec auus, & ibi Bald. C. de emancip. lib. l. cum filius familias, in fin. ff. de testam. mil. l. impuberi filio, ff. de administ. tutor. quem citat Bal. in. c. 1. 2. colun. num. 7. de rescrip. quòd in tantum priuilegiū à principe concessum, sine præiudicio tertij intelligi debet. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe, ff. ne quid in loc. publ. quòd etiam si huiusmodi priuilegium militi sit concessum, nihilominus tamen sine tertij præiudicio interpretari debet.

4 ¶ Sicq; fit, vt & si in beneficijs Principum, & eorum etiam priuilegijs, quatenus iura concedētium tangunt, latissima fiat interpretatio, d. leg. vltim. ff. de const. princip. quando tamen agitur de præiudicio tertij, stricta fiat, ac strictissime interpretentur: secundū glo. & omnes in ead. leg. fin. & docet Innocen. in. c. dilecti de don. & Ioan. Andre. per tex. ibi, in. c. olim, de verb. signi, & Oldra. consil. 268. incipien. quæstio est. 2. col. num. 2. versic. præterea.

5 ¶ Scribens etiam, in num. 1. ibidem, quòd licet priuilegium à sui principio sit æquum, si ex post facto tendat ad iniquum, cessat ipsum priuilegium. l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. c. suggestum, (vbi est casus) de decim. bona est glo. verbo, priuilegij, in extrauag. 2. incipien. suscepti regiminis, Ioan. 22. de elect. & in facti contingentia, Carol. Ruin. respondet, in consil. 24. incipien. ad ea quæ obijciuntur. 3. col, num. 6. vol. 3.

6 ¶ Nec papa præsumitur, quòd alterius iuri voluerit derogare. c. super eo, de offi. deleg. c. ex tuarum, de auto. & vsu pal. c. quamuis, de rescrip. lib. 6. & potius verba impropriari debent, quā præiudicium tertio inferatur, vt not.

Cardin. & Bal.in. d. c. super eo, & testatur Decius,in consil.689. incipien.viso puncto,1. col. num. 9.etiam si motu proprio gratia facta sit,& clausula,ex certa scientia, apponatur, etiam si agatur de præiudicio tertij,non in re,sed ad rem: vt aliorum allegatione idem Deci. in. d. c. super eo, amplíat,& prosequitur.2.col. num. 2. & id vltimum Abb.Panor.notat,in.c.in nostra.3.notab. de rescrip.

7 ¶Etiam, si modicum præiudicium sit:vt est glo. notabil. prout ibi ponderat Domin. in verbo præiudicium.c.cum olim de consuetud.quam simpliciter sequuntur moderni,in.d.c. super eo, per tex.ibi, vbi videtur hæc sententia probari,licet contrarium velit,glo.fin.leg. sed cũ ab hærede, ff.ad Senatus Con. Treb.& glo. verbo,incommodo.l.seruitutes,la mag. ff. de seruitu. & verbo, impetrauit.in.d.§.si quis à principe, & in.d.l.nec auus, quæ ex tex.l. quoties. C. de precib. imperat. offeren. quem citant, intelliguntur, quando constat de principis voluntate,glo.autem.d.c.cum olim,quando sumus in dubio, & ita intelligit,idem Philip. Decius, in c. quæ in ecclesiarum. 9. colum. num.26.versic. quartus casus de constit.

8 ¶Et meo iudicio, intelligi debet, quæ nouissime Carol. Ruin. scribit,in consil. 62. incipien. discusso laborioso processu,3.col. num, 9.vol.5. per statutum generale (inquiens)posse præiudicari sub ditis,etiam in iure quæsito.l.venditor.§.si constat.ff.com.præd.& quód not. Bart. in.l. Anthiochensium , de priuileg. credit. & in.l. toties,de pollicit . reperi tamen,post quam hæc scripseram Paulum de Castro sic intelligentem, & respondentem,in consil.146. incipien. super primo quæsito.2.colu.versic.nec obstat. part.1.

9 ¶Vlterius,dictæ leges regiæ intelligendæ omnino sunt,& distinguendæ secundum ius commune,ne quis indebite damnum patiatur.l.2.C.de noxal. c. cum. dilectus de consuet.etiam,si mediante intellectu nihil operarentur,& superfluæ redderentur.l.fin. §. in computatione.C.de iure deliber. vbi post glo.Paul.de Cast. Alexand.& moder.in statutis loquẽdo, id notant:& adducit Philip. Decius, in consil. 445.incipien. in casu ad me transmisso.11. colu. numer. 50. facit bene tex. in.c. cum dilectus, & in.c.audientiam, & vtrobiq; notant, Anton. & Imol.de cleri.non residen.

10 ¶Et rescripta principum,sic debent intelligi , vt nemini iniuriam faciant: vt notat Bart. per illum tex.in.d.l.ex facto,de vulg. & pupil. & Alexander tradit in consil.35.incipien. viso processu, 2.col.nume.5.vol.4.etiam si improprientur verba:vt docuit Cõ postel. ab omnibus ibi receptus in.c.causamq;,de rescript. à Philip. Decio qui id refert,& sequitur

tur cum alijs citatus, in consil. 11. (cuius supra scriptio incipit) quoniam iudicantium respōsa. 3. col. num.4.

11 ¶Et rescriptorum verba conformari debēt æquitati, etiam si verba ipsa non patiantur: vt est glo. valde solennis, verb. si verba. c. paratus, 23. quæs. 1. secundum Iason. in. l. iustitia. 2. col. num. 11. versic. ex istis videtur. ff. de iust. & iur. & in. d. leg. ex facto, in. 4. notab. & in. l. causas vel lites. 2. col. num. 6. C. de transact. & ante eū citauit Oldra. in. d. consil. 68. col. 3. num. 5.

12 ¶Et statuta recipiunt declarationem á iure communi, sicut lex noua ab antiqua, potius quam quòd in totum censeatur sublata; vt in facti contingentia Carol. Ruin. tradit, in consilio. 28. incipien. viso statuto inclitæ ciuitatis, 2. col. num. 7. vol. 3. cui alludit quòd Raph. fulgo. adducit, in consil. 85. incipien. in proposita quæstio. quód lex cōmunis, quæ latiorem recipit interpretationē, quám municipalis, si generaliter loquatur, potius distinguitur per veterem, quam distinctio legis antiquæ per nouam indistincte loquentem penitus abrogetur: authen. offeratur. C. de lit. contest. iuncta leg. sciendū, in prin. ff. qui satisd. cogant cum simillib.

13 ¶At, quód verba statuti præsertim exorbitantis á iure communi, intelligi proprie debeant, Alexand. scribit, in consil. 26. incipien. viso, & considerato. 2. colum. numer. 4. volumi. 2.

EX.4.FVNDAMENTO sequent.

¶Lex ad obuiandum fraudibus sancita, valet hoc casu etiā si in consequentiam contra ecclesiam veniat. num. 1.

Lex tolet. locum eo casu habet, quo possessio turbata, prout lex ipsa præmittit ac supponit attributa fuisset, aliâs secus. numer. 2.

Statuto dictante, quòd turbans aliquem in possessione puniatur certa pœna, & restituat possessionem, locum non habet nisi eo solum casu, quo possessio fuisset ablata, prout ipsud statutū præsupponit. num. 3.

Dispositio locum non habet, quando aliquid cum quodam disponitur præsupposito, si præsuppositum non verificatur. numer. 4.

Ex lege, vel statuto si agatur, debent ad vnguem obseruari, concurrere, & probari omnia, quæ ab ipsa lege, vel statuto requiruntur, aliâs nihil agitur. numer. 5.

Prohibitus in certa parte pasturare, quāuis pasturetur, absoluendus est, si non probatur in parte prohibita pasturasse. num. 6.

Prælatus à pœna mortis euasus, qui quēdam assasinauerat, ex quo non fuit probata qualitas quòd assasinatus esset christianus. num. 7.

Statuti verba si non conueniunt, statuti ipsius dispositio locum non habet. num. 8.

Statutum locum vt habeat, qualitas statuti debet probari. num. 9.

Lex

Lex.31.in regio gabellarum quaterno expenditur, & explicatur. num. 10. & quomodo practicanda, ibidem.

Lex quoties ponderat qualitatem, illa qualitas non tam est de substantia probationis quàm facti, ibidem.

Lex si requirat vsurarium esse manifestum, non sufficit probare alterutrum. num.11.

Vsurarius quis dicatur manifestus, & quomodo probetur, remissiue. numero.12.

Lex.23.& .24.tit.3.lib,1.ordin.Regia.& cap.43.pragmat.42.in vol.pragma. concubinatum punientes citantur, & explicantur, ibidem.nu.13.

Concubinarij, vt sint, & quòd tales publice a vicinis reputentur, deducendum vtrumq;, & probandum.nu.14.

Concubinarios aduersus occultos, non potest, nec debet procedi.num.15.

Leges regiæ de concubinatu loquentes requirunt quòd initio, ipsoq; tempore quo iudex procedit concubinarij sint: nec sufficit, quòd ante illud tempus fuerint. nu.16.

Tempus præsens non verificatur in præterito, ibidem.

Concubina clerici, aut religiosi, seu vxorati, maritum habens puniri vt possit, quòd domi retineatur, & vtrumque probetur requiritur.nu.17.

Concubina, & si domi non retineatur clerici, cum nupta sit infami vel lenoni, & publice de concubinatu constet, puniri potest, & marchari: contra Ioannem Lupi de pal.rub.nu.18.

Clerici appellatione, quando de concubina eius punienda agitur, non continetur qui in prima est tonsura: nisi beneficiatus etiam sit.num.19.

Accusans aliquem, quòd pendente appellatione innouauit, docere debet, & probare quòd appellatio pendebat, & quòd ea pendente innouauit. numero.20.

Qualitates omnes à statuto præsertim exorbitanti requisitæ, intentandæ expræssim sunt, & probandæ.nu.21.

Lex si requirat actum cum qualitate, non sufficit deducere actum, nisi etiam ipsa deducatur qualitas.nu.22.

Statutum contra turbantem, vt puniatur, & restituat possessionem, locum non habet nisi eo casu quo restitutio possessionis fieri possit prout statutũ præsupponit nu.23.

Statutum non habet locum in personis, in quibus statutum non loquitur. nume. 24. & de leg. Tolera. intellectu, ibidem.

Sententiam debet deducere validam, qui nitur ex sententia.num.25.

Laudum nullum, non dicitur laudum, neq; eius exequutio peti potest. numer.26.

1 QVARto, nostro pro Hieronymo principaliter facit, quòd & si præcitata lex Tolera. contra virtute alicuius tituli occupantes, posset procedere, siquidem ad obuiandum fraudibus sit sancita, & hoc valeat casu, etiam si in consequentiam contra ecclesiam veniat: vt pulchre Pet. de anchar. respondet in notabili facti contingentia consil, 11. incipien. factum su-

per quo petitur, & Ludo. de Gozadin.in consil. 5. incipien. an. in quæstione, 6. col. num. 22. eo casu dumtaxat.

2 ¶ Dicta lex locum habet, quo possessio altâs turbata, prout ipsa supponit, ac præmittit attributa fuisset, in execution sententiæ obseruato ad vnguem dictæ legis tenore latæ, secus autem si eodem procedendi modo non seruato, & causæ cognitione (nostro vt in themate) minime interueniente sententia, & possessio processissent: tunc enim huiusmodi possessionem turbans, legis præfatæ pœnas non incurrit: neque dicitur possessionem turbasse, ex eleganti sententia glo. verbo, auocandū. l. mancipia. C. de seru. fugit. & ibi not. Bart. post Iacob. Butri. quem Saly. & fulgo. ibidem sequuntur.

3 ¶ Dicentes notabiliter in proprijs terminis, de quibus noster est sermo, quod dictante statuto, quód turbans aliquem, in possessione, puniatur pœna centum, & restituat possessionem: statutum hoc locum non habet, nisi eo solum casu, quo possessio ablata fuisset, prout ipsum præsupponit statutum. citat, & refert dicens singulare Ludoui. Roman. singul. 498. incipienti, statutum puniens, sexque ob id florenos fuisse lucratum: sequitur, (& vltra alios) commendat Detius, in consil. 201. incipien. in causam præstantissimi, numer. 2. & consil. 233. incipien. viso tenore bullarum, fin. colum. numer. 7. & consil. 466. exordien. stante statuto Rauennensi, numer. 8. & consil. 511. incipien. viso testamento. numer. 4. & consil. 540. incipien. quæritur in effectu. 1. colum. numer. 2. & in consil. 591. incipien. tex. in l. penult. 1. colum. numer. 4. & consil. 644. incipient. viso, & perlecto eleganti consilio. num. fin. Hippol. Marsilien. singul. 339. incipien. cui non conuenit, (quam plures citans) & Carol. Ruynus, in consil. 83. incipien. circa casum. col. fin. num. 5. volum. 5.

4 ¶ Quādo enim aliquid cum quodam disponitur præsupposito, si non verificetur præsuppositum, dispositio locum non habet. l. 1. §. quód autem ait prætor, & ibi not. Bart. ff. ne quid. in flum. pub. l. penult. §. docere, & ibi Paul. de Castro, numer. 3. expressim not. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exim. l. 4. §. docere, & ibi Angel. ff. vi bon. rapt. l. eum actum. ff. de nego. gest. &. in. l. si forte, in fin. & ibi Bart. ff. de castren. pecul. & in. l. Fulcinius, §. cum hoc edictum, ff. ex quib. caus. in posse. eat. c. si forte, c. ab eo de elect. lib. 6. l. prætor, 2. §. hæc autem actio, ibi. *Ceterum si aliter datum sit, quàm in turba cessabit hæc actio.* ff. vi bon. rapt. & in. l. diuus, ff. de re iudi. multa congerit Felin. in. c. nonnulli pen. & fin. col. de rescrip.

5 ¶ Cui consonat, quód vbicunque agitur

agitur ex lege, vel statuto, (nostro vt in casu) debent ad vnguē obseruari, concurrere, & probari omnia, quæ à lege, ipsoq; requiruntur statuto: aliàs nihil agitur: secund. Bart. in d. §. quòd ait prætor, in final. verb. quem Philip. Detius refert, & sequitur, in consil. 356. incipien. in causa dominæ Mariæ, 1. col. numer. 4. & additio. Bald. (licet corrupte) in. l. si quis non dicam rapere. numer. 4. C. de episcop. & cleri.

6 ¶ Et voluit idē Bar. in. l. nō solū, §. sed vt probari. num. 1. ff. de no. oper. nuntia. dicens, prohibitum sub pœna ab statuto pasturari in certa parte, intra terminos dessignata, licet probetur, ipsum aliàs pasturasse, si tamē non probatur in parte prohibita pasturasse, obsoluendum fore.

7 ¶ Eiusq; sententiæ Ioan. Andre. fuit, in. c. 1. in nouel. de homicid. lib. 6. qui refert se semel euasisse quemdam prælatum à mortis pœna, qui quendam hominem asasinauerat, ex quo nō fuit probata qualitas, quòd homo ille asasinatus esset christianus, prout requirit tex. in. d. c. 1. verbo, christianorum, licet probatum fuerit asasinamentum: à Baldo citatus, & sequutus, in. d. numer. 4. in fin. & Hippol. Marf. (more suo plures alios, qui & eum sequuntur allegante) in consil. 7. incipien. summi cœli Deus, pen. col. numer. 65. & in rubri. de proba. numer. 439. circa finem, & vltra Hippol. Iaso. in. l. penul. §. in eum. 2. colum. numer. 5. ff. ne quis eum qui in ius voca. est, & in l. non solum. §. sciendum. 2. colu. numer. 3. ff. de no. oper. nuntia. Deti. in consil. 64. incipien. præsupponitur tempore. 3. colu. ante numer. 6. & in consil. 189. in cip. lætatus sum, 2. colum. numer. 4. versic. respondetur. Anton. Rube. consil. 16. incipien. in causa Ioannis, 5. colum. versic. tertium dubium, Stephan. Bertrand. consil. 30. incipien. lecto processu, 1. colu. volum. 1. Andre. Tiraquel. (*plurimos nouissime citante alia huic accommoda scribentes proposito, breuitatis causa omissos*) in lib. de vtroq; retrac. sol. (mihi) 182. nu. &. 2.

8 ¶ Præterea, si verba statuti, non conueniunt, statuti ipsius dispositio locum non habet. l. 4. §. prætor ait, ff. de dam. infec. & ibi not. Bart. tradit, in casus contingentia, Philip. Detius, in consil. 222. incip. viso puncto. 1. colum. num. 2. (& diximus supra in primo fundamento, pro ista nostra parte adducto.)

¶ Et vt statutum habeat locum statuti qualitas probari debet: vt scribit idem Detius in consil. 434. incipien. placet conclusio. 1. col. num. 3.

9 ¶ Sic, qui nititur ex statuto, docere debet ea, in quibus statutum nititur: secundum glos. in clem. fin. de rescript. Bald. in. d. l. si quis non dicam rapere, & legentes, in. l. si quis maior. C. de transf. & tradit Philipp. Corne.

in consil. 170. incipien. in consiliis decisiuis, 2. col. numer. 9. vol. 2.

10 ¶ Et ita ad non solutionem gabellæ, mulæ, seu muli venditionis, non sufficeret hodie probare ea, idcꝫ generis animalia cum sella, & freno ornata, eo in tempore fuisse vendita, nisi in simul etiam deducatur, & probetur eo inornatu ante venditionem solere antea seruire, siquidem lex, 31. in quaterno gabellarum regio vtrumcꝫ expræssim requirat, vnde si ipsius venditionis tempore aliter quam cum freno, & in sella vendantur, quamuis probetur hu iusmodi compta, seruire semper antea solita, gabellæ solutioni locus erit. nam quoties lex ponderat qualitatem, illa qualitas non tam est de probationis substantia quam de ipsius facti essentia, & substantia. l. in delictis, §. si extraneus, &. §. si detracta, ff. de noxal. l. 2. §. docere, ff. vi bon. rapt. l. denuntiasse, §. quid tamen, ff. ad leg. Iul. de adul. l. qui habebat, ff. de instit. supra citat, quòd secus in equis huiuscꝫ nominis est animalibus: quæ quantumuis cum freno, & in sella non antea seruierint: sed necꝫ in sella, & cum freno, aut mueso (vt idioma Hispanum appellat) vendantur, (& si minoris longe ordinaria staturæ, & dispositionis fuerint, cum licet differāt secundum plus, vel minus, non dicantur differe genere, vel substantia. l. fin. ff. de fund. instruc. l. scapham, ff. de euictio.) de huiuscemodi venditione gabella non debetur, siquidem ne ea debeatur, horum animalium tribuatur nobilitati. l. 1. titul. 21. part. 2. satiscꝫ ex ipsa regia. 31. lege deducitur, si per puncta, & commata (quibus constat) legatur: & ita vidi. & solitus sum eam practicare: at in mulis suæcꝫ speciei animalibus cum vtrumcꝫ copulatiue per dictam legem de probationis sit substantia, oportet vnum, & alterum deduci, ac realiter, & vere probari: vt solutioni gabellæ locus non sit, nec vnum sine altero sufficiet: & hic præcitatæ legis verus est intellectus.

11 ¶ Sic, & Bal. in consil. 447. incip. ad euidentiam præmittendum est, 1. colum. numer. 2. vol. 5. pulchre consuluit, quòd si lex requirit aliquem esse vsurarium manifestum, non sufficit probare alterutrum, sed hoc nempe casu, de probationis erit substantia, qualitas, & factum: quòd exercuit ergo vsuram, & quòd manifeste, â Catellia. Cor. dicente notandum citatus, & sequutus in memorab. incipiē. lex quæ loquitur, colum. 3 25. in princip. secundum meam impressionem.

12 ¶ Quis autem dicatur vsurarius manifestus, & quomodo probetur, tradit nouissime Hierony. â Curiel, in suo tracta. de vsur. 2. part. princip. in prin. versic. sed quia inter, pagin. (mihi,) 151.

¶ Pari

13 ¶ Pari, item forma ex quo leges apud nos regiæ, concubinatum puniuntes. 23. &. 24. tit. 3. lib. 1. ordin. regia. & pragma. 42. cap. 43. in vol. pragma. fol. 41. publicitatem concubinatus requirant, non sufficeret cum de eo puniendo (prout dictæ leges disponunt) agitur, concubinatum probari, nisi & ipsa publicitatis qualitas deducatur, & ab ipsis probetur testibus concludentibus, quòd publice in populo, seu vicinia pro concubinarijs habentur: & reputantur: quo ex hoc resultet, quòd crimen sit manifestum, seu publicum: vt not. Bart. in. l. hæredes palam, in prin. ff. de testamen. & Bal. in. l. 1. C. de collus. detegenda.

14 ¶ Vtrumq; enim deducendum est, & probandum, nempe quòd concubinarij sint, & quòd publice vt tales reputentur à vicinis scientibus, & videntibus dare publice necessaria concubinæ, secundum Hostien. & Ioan. Andre. in c. de illo, de eo qui cogno. cõsang. vxo. suæ. quòd dictum valde cõmendat ibi Abb. Panor. & sequitur Ioan. Lup. à Palaci. rub. (ita intelligens paulo antè citatas leges, & pragmat. 95. in cod. volu. pragm.) in repet. c. per vestras, §. 21. numer. 14. cum sequen. de dona. inter vir. & vxor. fol. (mihi) paruo, 151. singula. & valde notandus est tex. sic intelligendus, in. l. Massurius. ff. de verb. signi.

15 ¶ Nam contra occultos non potest, nec debet procedi: vt concludit Ancharra. in regul. ea quæ, 32. col. num. 28. versic. ego tunc distinxi. de regul. iur. in. 6. & in consil. 196. incipien. magnifice, 2. colum. numer. 5. quem sequitur Felin. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de const. numer. 102. & in. c. si concubinæ, de senten. excom. & in. c. cum sit generale. 7. colu. numer. 14. de foro compet. & Montal. in. 2. copillatione fori in parte, concubinæ: & Ioan. de Ana. in rubri. de adulter. fin. colum. & Andre. Barba. in. c. per tuas, 1. col. versic. Pet. de Ancha. de probatio. & nouissime Nicol. Boher. in decis. 72. colum. 1. num. 2. cum seq.

16 ¶ Sic etiam ex quo præcitatæ leges regiæ, per verba de præsenti loquãtur expræssim. *Por cada vez que se la fallaren*, & ibi, *no sea osado de tener, ni tenga*, & ibi, *E qualquier que la tuuiere*, & ibi, *Fuere hallada alguna muger ser manceba*. requirant quòd initio, & tempore quo iudex procedit talis mulier concubina sit clerici, aut coniugati, nec ea sufficiat ratione, quod ante illud fuerit tempus: siquidem aliud sit, per verbum præsentis tempore dicere. *No tenga*, vel, *tuuiere*, seu, *fuere hallada*, & aliud sit dicere, *vuiere tenido*, vel, *sido*. Quod de præterito est, in quo non verificatur, quod in præsenti requiritur: vt concludit Bart. in. d. l. 4. §. prætor, versicul. sed quid si maiore, ff. de damno infec. nisi hæc qualitas inueniatur, deducatur,

catur, & probetur tempore initia ti processus, nihil agitur: nec sufficeret de præterito fuisse, teste Petro Nunio, in lib. 2. de exequend. princip. mãda. cap. 20. nu. 16. post Iason. quem ibi citat in l. 1. nu. 87 ff. de acquir. posse. & Angel. ac August. Ariminen. in tracta, malef. in parte dictus Andreas arma tus. num. 7.

17 ¶ Æ quali item modo, cum cõtra illam, quæ maritum habet concubinam publicam clerici, religiosi, aut vxorati, eorum tamen retentam domi, detur hodie facultas iudicibus, quòd non obstante matrimonio, tales possint concubinas punire: vt in pragm. 97. à catholicis, & serenissimis Regibus, Fernando, & Elisabe Madriti, anno 1503. edita, sub eodem pragmat. volumine, fol. (mihi) 89. ponderando eius verba. *Quando alguna de las dichas mugeres, estuuiere en casa de los dichos clerigos, y beneficiados.* Quæ duas qualitates respiciunt, & requirunt, quòd sit concubina publica, & domi retenta, earum altera deficiente, non licebit de huiusmodi concubinatu cognoscere: quia vtrumq; copulatiue, & per modum conditionis in lege prædicta, ad fundandam iurisdictionẽ requiritur, necessario ideo vterq; qualitas probanda est: secundum Bart. in d. §. quòd autem l. 1. ff. ne quid in flum. publi. & Philip. Dec. in consil. 13. incipien. & pro tenui facultate mea. 2. col. nume. 5. versic. difficultas est, & Felin. in c. auditis, de præscrip. colu. 14. Iason. in l. vt vim in prin. ff. de iust. & iur. & in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nuntia.

18 ¶ Omittam tamẽ minime, quòd si domi concubina non retineatur clerici, nupta vero sit infami, vel lenoni, & publice de concubinatu constet: quamuis vxoratam puniri posse: & marchari, ex his quæ singulariter Ioannes Baptista de de sancto seuerino scribit, in tracta. de debitore suspect. & fugit. 14. col. post medium. 5. princip. quæstio. num. 24. existimans in dubitanter coniugium prædictis non obstare, siue quòd vt talis nõ incarceretur mulier meretrix quã do eius maritus leno esset, vel in famis, quia tantam tolerare miseriam: ab Hippol. Marsilien. (menti tenendum esse dicente) citatus, & sequutus in singula. 279 incipien. dixi tibi, & in repet. l. vnic. de raptu virgin. numer. 31. facit tex. in argumen. & quæ ibi habentur, in l. in arenam. C. de inof. testam. & est singulare ad intellectum, & limitationem dict. pragm. 67. & 95. & eorum quæ Couarru. adducit, in 2. part. epito. super. 4. decretal. c. 8. §. 11. numer. 6. & explicationem legis 62. Tauri. & satis deducitur in sua decidendi ratione, ex d. prag. 97. quicquid Ioan. Lup. à palaci. rub. velit, in d. §. 21. repet. c. per vestras, numer. 21. versic. adde etiam, imuẽs quòd istæ leges nõ haberent locum, contra mulierem nuptam, publica quamuis sit concubina clerici, monachi, seu

sen vxorati, quem in hoc particulari præcitato, casu probarem minime: bonus est (pro nostra cõclusione) tex. l. quæ adulterium, C. ad leg. Iul. de adult. ibi. *Cum ab his fœminis pudicitiæ ratio requiratur, quæ iuris nexibus detinentur, & matrisfamilias nomen obtinent, hæ autem immunes à iudiciaria seueritate, & stupri, & adulterij præstentur, quas vitæ vilitas, in dignas legum obseruatione non credidit.* Et glo. verbo, publicas, in. c. in præsentia, de sponsal. & de marito lenone, & sic infami notandus, induci potest textus, qui ei beneficium hoc negat. in authen. vt hæc. mat. & auiæ. §. quia vero publicas, versic. si vero contigerit, col. 8. ibi. *Eo quòd ipse huius rei autor existat.*

19 ¶ Ita etiam (ad rem eandem, vt redeamus) cum quando de concubina clerici punienda, agitur, appellatione clerici, non continetur qui in prima tantum tonsura fit ordinatus: nisi beneficiatus etiã sit: vt ex verbis dictæ pragmaticæ, 97. ibi. *Delos dichos clerigos, y beneficiados.* Adnotat præcitati Ioã. Lupi, in. d. §. 21. num. 21. & Petrus Nunius, in prællegat. c. 26. num. 10 alterum non sufficeret: sed vtrumque adesse oporteret, ac probari, quòd clericus, & beneficiatus sit: secundum cos: tex. est in. l. si plures, ff. de condi. instit. & cum qualitas ab eadem pragmarica requisita sit, verificari necessario per ante dicta debet.

20 ¶ Quibus adstipulatur quòd egregie voluit Bal. in. l. 2. C. de petitio. hæred. quòd si aliquis accusauit me, quòd innouaui aliquid pendente appellatione contra constitutionem ecclesiæ, debet, docere quòd appellatio pendebat, & quòd ea adhuc penden te innouaui: per glo. notab. & singul. ibi, cuius dictum sequitur, & commendat Barba. in rubri. C. qui admit. 2. col. & Philipp. Corne. consil. 110. incipien. in causa vertente, fin. col. vulum. 2. & Socin. consil. 42. incipien. in causa restitutionis, colun. pen. versic. tunc succedit. vol. 1.

21 ¶ Omnes enim qualitates requisitæ á statuto, præsertim exorbitanti, sunt expressim intentandæ, & probandæ, (vt perplura consulto prætermissa) ne actum ibi, iterum hic agam. Felin. tradit, in. c. in præsentia. numer. 12. de proba. & in. c. 2. col. 11. num. 25 versic. restringitur cum pluribus sequen. de rescrip. & Hippol. in l. si quis ne quæstio. numer. 130. ff. de quæstio, & in singul. 187. incipien. qualitas, & in consil. 96. incipien. proximis superioribus, colu. 1. & in consil. 112. incipien. post redditum. 1. colu. & in pra cti. causa. criminal. §. quoniam. num. 52. & in. §. & quia. numer. 11. Andre. Barba. consil. 15. incipien. clementissimi, 6. colu. versicul. præterea accedat, & consil. 44. incipien. scribitur. colu. 5. versic. & facit volum. 1. Francis. à Ripa lib. 2. responso. seu interpretatio, in. c. inter ceteras, numer. 66. de rescript. Additio. Bart.

Bart. remissiue, in l. denuntiasse. §. quid tamen. nu. 2. sub litera. d. ff. ad leg. Iul. de adult.

22 ¶ Et vbi lex actum cum qualitate requirit, non sufficit deducere actum, nisi etiam ipsa deducatur qualitas: vt moderuus Bartholo. à Chasen. (plura citans) scribit in consuetudin. Burgund. rubri. 4. § 5. fol. 141. col. 3. nu. 101. & in rubr. 13. §. 4. num. 5. cum seq. sub. vers. & aduerte, folio. 371. col. 2. & vltra eum, Bal. in consil. 431. incipi. præsupposito, nu. 1. vol. 5. dicens, quòd quando ad exclusionem alicuius beneficij aliqua requiritur qualitas, nisi illa qualitas intentetur, & probetur, non perditur beneficium: & quòd quando qualitas exaggerat pœnã, debet similiter intentari: docet late Felin. in c. 2. de rescrip. & Pet. Philip. Corne. consil. 170. incipien. in consilijs decisiuis. 2. col. num. 9. vol. 2.

23 ¶ Et sic, si statutũ dicit, quòd turbans aliquem in possessione puniatur, &c. Et restituat possessionem, non habebit locum pœna statuti, nisi eo casu, quo restitutio possessionis fieri possit, prout statutũ præsupponit: vt (post alios) Decius testatur in consil. 90. incipien. & pro tenui facultate mea. 2. col. num. 2. facit. glo. in Clemẽ. in plerisq;, de electio.

24 ¶ Quorum potissima ea ratio est, quia statutum locum non habet in personis, de quibus statutum non loquitur: vt scribit idẽ Decius, in consil. 569. incipient. conclusionem.

¶ Ita ergo in proposito, quando paulo ante citata lex Tolet. dispo nit possessionem attribuendam, virtute sententiæ, de qua ibi turbandam nõ esse, præsupponit sententiam fuisse latam, prout dicta lex disponit, & seruatis seruandis. sic q; intelligenda est, vt prosequitur ipse Decius, in consil. 360. incipien. perscrutatis omnibus. 1. col. num. 2.

25 ¶ Qui enim nititur ex sententia, debet deducere sententiam validam, vt respondet Philip. Corne. in consil. 348. incipien. in hac con sultatione, nu. 2. vol. 1.

26 ¶ Et laudum nullum, non dicitur laudum, neq; eius exequutio peti potest, vt (citando eundem Philip. Corne.) Philip. Decius not. in consil. 475. incipien. in causa quæ Mantuæ agitatur, col. fin. nu. 36. cum sequen.

EX. 5. FVNDAMENTO sequent.

¶ Sententia, non seruata legis forma, lata sententia non est num. 1.

Denarius falsus, non est denarius. numero. 2.

Iudex falsus, non est index, neq; falsa iustitia, est iustitia. nu. 3.

Statuti pœnam, punientis fabricantem, aut falsificantem pecuniam, non incidit pecuniam reprobam conflans, seu abradẽs. num. 4.

Leges Regiæ, 4. & 5. tit. 6. lib. 8. ordin. regi. & 9. tit. 7. part. 7. & 7. & 9. tit. 12. lib. 4. for. leg. & cap. 68. pragma. 118. in vol.

in vol. prag. fol. 112. citantur, & intelliguntur, ibidem.

Tutor falsus, non est tutor. num. 5.

Statuto stante, quòd nulla exceptio possit opponi contra instrumentum guarentigium, potest opponi, quòd est falsum. numer. 6.

Lex. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ord. reg. expenditur, & citatur, ibidem.

Venditionis appellatione, de valida intelligitur. nu. 7.

Statuti non seruata solẽnitate, emphiteota incõsulto domino vendens, cum ob id vẽditio nulla sit, non cadit ab emphiteosi, propter huiusmodi venditionem. nu. 8. & quomodo id intelligatur, ibidem.

Minor qui sine decreto iudicis, feudũ alienauit, feudo non priuatur. nu. 9.

Gabella, seu laudimia non debetur ex contractu nullo. nu. 10.

Lex. 3. in regio gabellarum quaterno, expenditur & citatur, ibidem.

Possessio nulla transfertur, ex contractu à pupillo, seu ecclesia facto, vtpote nullo. nu. 11. & de l. 1. tit. 11. part. 1.

Contractus validus non tollitur, aut innouatur per contractum nullum, aut simulatum. nu. 12.

Citatio facta, statuti forma non seruata, inutilis est, & non valet. nu. 13.

Citatio inualida, non interrumpit. numero. 14.

Citatio inualida, malam fidem non inducit. nu. 15.

Citatio nulla, præscribendi causam non tribuit, quando nullitas præscribenti erat nota. 16.

Citatio nulla, pacificam possessionem non interrumpit. nu. 17.

Citatio inualida, iurisdictionem non perpetuat. nu. 18.

Citatio inualida, iurisdictionis præuentionem, siue præoccupationem non inducit. nu. 19

Statuto stante, quòd si quis cesserit actionẽ alicui nobili, cadat à iure suo. si quis cesserit, qui cedere non potuit, vel cessio inutilis sit, non cadet à iure suo. numero. 20.

Clericus beneficiatus, qui matrimonium contraxit nulliter, beneficio non priuatur. num. 21. & quomodo id intelligatur, ibidem.

Actus nullus, nullum operatur positiui iuris effectum. nu. 22.

Clausula in priuilegio, vel aliàs apponi solita, scilicet, non obstante quauis cõcessione alteri facta, intelligitur de concessione inualida, & nulliter facta, non autem de valida. nu. 23.

Regula licet sit quòd appellatione à difinitiua sententia pendente, nihil innouandum sit, & si secus fiat per attentatorũ remedium reuocetur ante omnia, si appellatio ex post, declaretur nulla, aut deseratur, attentata non reuocantur. numero. 24.

Attentata reuocari possunt, per viã etiã nullitatis ordinariam, & etiam ex mero iudicis officio. nu. 25.

Appellatio informis, & nulla, quantumcunq; ad Papam interposita sit, non deuoluit, nec operatur alium iuris effectum. nu. 26.

Confessio tacita, vel expressa, quæ quamuis nulliter emanet, seu ex actu nullo resultet, mentẽ cõfitentis declarat: quando tamen contra legis prohibitionem, reperitur emanata, non habetur pro veritate sed pro erronea reputatur. nu. 27.

Sententia nulla ius non tribuit, & quòd nulliter factum est, non censetur factum nu. 28.

Sentẽtia excõmunicationis, quæ aliqua de causa est nulla, timenda non est. nu. 29.

Excommunicatus nulliter, & publice denuntiatus, non tenetur abstinere à diuinis, neq; ab alia hominum communione legiti-

ne legitima, modo nullitatis causa publicata fuerit per eum.nu.30.

Casus quindecim, quibus excõmunicatio est nulla remissiue.nu.31.

Angel.de Clauasio concordatur opinione contraria sit Paludani, & Antonini sententiæ, ibidem.

Notorium quomodo accipiatur, ibidem.

Siluester alioquin vigilãtissimus, in verb. excommunicatio. 2.not.versic.15. negligentiæ arguitur, ibidem.

Excommunicatio nulla ob defectũ iurisdictionis, super excommunicatum simpliciter, vel in illo casu quo fertur excõmunicatio, vel quia fertur post appellationem legitime interpositam, vel ob aliũ defectum, propter quem ipso iure irrita est, non est timenda, & quomodo id practicandum.nu.32.

Lex Tolet. Quamuis de sententia prout ipsa disponit, nec dum loqueretur, sed de qualicunq; sententia, de valida intelligenda est.nu.33.

Sententiæ nullæ exequutio retractãda est nu.34.

Iudex non facit litem suam, pro sententia nulla.in nu.35.

Frustratorium factum, pœnam efficaciter non committit. num.36.

Pœna super inualido contractu, non tenet.nu.37.

Testator instituens filios suos hæredes in omnibus bonis eorum, vni si iniungat, vt det decẽ alicui extraneo singulis annis in alimenta, & si huiusmodi non paruerit grauamini, meliorat alios filios in tertio, & quinto bonorum, licet filius grauatus nolit dare dicta decem, alij filij meliorati non erunt, nec talis valebit melioratio. nu.38.

Pœna in transactione inualida de alimentis peti non potest.nu.39.

1 
IC, ET quinto ex quo paulo ãte citatæ legis Toletanæ non seruata forma, tales sententiæ fuerunt latæ, sententiæ non sunt: nec earum virtute Elisabes (illa) ximenia, ac eius filij condẽnati dici possunt, aut quòd dictæ partis terræ possessionem amiserint, quòdq; præfatus Hieronymus eiusdem legis pœnas incurrerit, tex. est in.l.4.§ condẽnatum, ff. de re iudi. c. fin. eod.tit.lib.6.l.2.in fin.ff. de pœnis, & nomen sententiæ non merentur habere.l.statutis, C.de senten.ex peric.recit. c. in primis in fin.2.quæs.1.l.prolatã, C.de senten.& interlo.om.iud.§. diffinitiua, versic. item si sententia. 2. quæs.6.

2 ¶Sicut in simili de denario falso, quòd non sit denarius, scribit glo. verbo habent, in.l.2.C.de hæret. quam sequitur Ioan.de Plat. in.l.1.circa med. C. de veter. numis. potest.lib.11.& dicit valde elegãtem Alexan. in consil. 104. incipien.statutũ loquens.2.col. vers. pro hoc hic ego, vol.1.& vltra eũdem, Alexan. in addit. ad Bart. in.l.eleganter, §.qui reprobos, ff. d pigno.actio.plura cõgerit Marcus Anton. Babe.in.§.emancipatos, nu. 6. insti. de exhæred. lib. Andre.Barb.in consil. 43. incip.

præclare

præclare scribitur. 9. col. nume. 16. volum. 1. Georg. Natham in rep. c. quamuis pactum, 45. col. num. 143. de pact. lib. 6. Hippolitus Marsil. in cõsil. 89. incipiẽ. summi Dei nomine. num. 4. addens similem, in. c. vera iustitia, 45. di.

3 ¶ Quæ etiam dicit falsum iudicem, non esse iudicẽ, nec esse iustitiam, falsam iustitiã, & idẽ Hippol. in. l. 1. §. præterea. num. 15. ff. de quæst. & in rubri. ꝺ fide ius, num. 104. & in. l. qui falsam num. 98. ff. ad leg. coroe. de fals. & in. l. vnic. de rapt. virgi. num. 213. Ioan. Lup. de Palaci. rub. repet. rubri. de dona. inter vir. & vx. §. 70. num. 31. Stephan. Bertran. cõsil. 213. incipien. viso cõtractu.

4 ¶ Et inde Dinus, in. l. cuiusq;, ff. ad leg. Iul. maiest. per tex. in. l. 2. §. 1. ff. quem ad. testam. aper. notabiliter inouit pecuniã cõflãtẽ seu ab radentem reprobam, oõ incidere in pœnã statuti puniẽtis fabricantem, aut falsificaotẽ pecuniã: ab Alberico ibi sequutus (dicente ita a Rege Franciæ iudicatum fuisse,) & allegat in argum. l. fundi, in prin, ff. de acqui. pos. refert & sequitur dicẽs notandum Detius in. l. quòd te. 3. col. versic. sed quæritur an ista ff. si cert. peta. & est singulare ad intellectum. l. 4. & 5. titul. 6. lib. 8. ordin. Regi, & l. 9. tit. 7. part. 7. l. 7. et. 9. titu. 12. lib. 4. for. leg. & cap. 68. pragm. 118. in volum. pragm. fol. 112.

5 ¶ Sed ex. d. §. 1. l. 2. quemad. test. aper. probatur, falsum testamentum, non esse testamentum, & falsum tutorem, non esse tutorem, textus testatur, in. l. Paulus, ff. de verb. signi. ex qua etiam notatur modium ioiquum, id, est falsum (vt ibi interpretatur Accursius) modiũ non esse, falsaq; mensura, non est mensura: & falsum pondus non censetur põdus, vt prosequitur Iodocus Dam houderius in suo rerũ criminal. enchiridione. c. 123. de falsitate per abusum. oũ. 9. quibus accedit, quòd de falso instrumẽto, Bal. tradit in. l. si non sortem, §. 1. post princip. ff. de cond. in deb. quòd instrumentum nõ sit.

6 ¶ Ideo si ex statuto, nulla exceptio opponi possit cõtra instrumẽtũ guarẽtigium, (prout lege Regia cauetur. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ordin. regia) poterit tamẽ cõtra illud oppini: quòd est falsũ per. d. l. Paulus, per quam etiam & per. d. l. 2. §. 1. idem Bal. in. c. licet causam. 5. col. de proba. dicit falsum testem, non esse testem.

7 ¶ Et ideo venditionis appellatione, de valida intelligi, Cepol. asserit, causa. ciuil. consil. 44. incipien. in quæstione de præsenti, col. 2. versic. ꝺ prima quæstione, & sequen. & non de inualida: quæ adhuc in materia retractus procedit opinio. secund. Paul. de Cast. notabil. in consil. 74. incipien. in causa mota, post principi. & iterum col. 2. versic. & idem dicendum est, volum. 2.

8 ¶ Sicq; Bal.scribit in.l.2col.2.versic.ex prædictis,C. d̄ epis.audien.quòd si emphiteota vēdit inconsulto domino, non obseruata statuti solemnitate: ideoq; venditio sit nulla, non cadit ab emphiteosi, ob huiusmodi vēditionem,quia verbum vendendi à statuto prolatum,nō comprehendit venditionē nullam : per præallega.§. cōdēnatum , quòd dictum sequitur Aluaro. in.c.1. ad finem , & ibi quoq; Cardin. Alexand.in prin.quid iur, si vasal.post aliena. & Francis. Cremen.dicēs singulare,in sing.112. incipien.statuto cauetur. Francis.Aretin.in.l. continuus, §. cū quis.3.col.versic.illud autem, ff. de verbo.oblig. vbi id dicit notabil.& semper menti tenēdum idem Cardin.Alexan. in.c.1. de prohib. feud.aliena. per feder. vbi hoc intelligit scienter, cum venditio ob aliā causam est nulla:quam quód incōsulto domino facta sit,& prosequitur Andre. Tiraquel . intra. de leg.connubial.tit.15.§.1.in glo.6.quæst.24.num.205. fol. (mihi.) 192. prædicta etiam Francis. Curti. senior sequitur,in consil.8.incipien.viso instrumento.2.col. in fine Bertachin.firmia.in tracta. gabel.3.part.8.part.princi.quæstio.32.Guid.Papæ decis.dlphina.590.incip.quidā vendidit.& in consil. 192.incipien. ex facti narratione,in princip. 2. dubij. Alexand.in consil.99.incip.visis,in fin.vol.5.Felin. in.c.ex tenore,col.4.ad finē,cū sequē. & ibiPhilip.Deti.de rescrip.3.col. idē.Felin.in. c . ceterū,col , pen de iudic.Fabian.de mōte sanct. Sabin.in tracta.de emptio.& vēdi.35.quæst.3.quæst.princip. Iason,in.l.causas, col.fin.ad finem C.de transact.& in.l.vbi pactū, col.pen.versic.secūdo ad idem, cod.tit.vbi id dicit singulare,& in.l.fin.col.ante pen.versic. 22. C.de iure emphiteo.idem Iason dicēs notabile in.l.1.notab.5. ff. quòd quisq; iur.& in.l.seruo legato,§.si seruum,in fine,delega.1. Iacobin à sanct. Georgio in tract.feudor.in verbo , & cum pacto de non alienando, col.8. versic.sed pone quód statutum sit,Frācis.Purpura.in.leg.2 . ad fin.ff.si cert.pet. Catel.cotta qui & dicit singulare , & plura accumulat in proposito ī suis memoral.in parte actus nullus , & iterū in memorab.in cipien vidua dicitur.Ferdinan. à Loazes dicens singulare,in repet.leg.filius familias,§.diui,fol.15.col.3.versic.& per ista patet,de lega.1. & in repet.rubri.de iustit. & iure. fol. 8.col.1.versic. & per ista dicebam. Hippol.Marsilien.in.l. fin.col.3.in fine, ff. de quæstio. & in consil.39. incipien . dominus labia mea,6. col . versic . & ideo,& cōsil.43.incipit.spiritus sanctus.2.col.& cōsil.49.incip. domine Deus.2.col.& cōsil.81. incip,salus omniū,5. col. versic. capio modo,& cōsil. 117. incip. illumina in fine.& consil.120 in

cipien

cipiẽ.ſplendore,col.1. & conſil.132.incip.illumina,col.4.verſic,& facit. voluit Andre. Alciat.in.l.Paulus,ff.de verbo.ſig. & in.l.fin,in prin.C.de in ius vocan.

9 ¶ Et idem prope voluit Bal. à nullo horum memoratus,(in cõſil.9.incipiẽ.factum tale eſt. verſic.nunquid minor,vol.1. dum dicit (multa allegando quæ ibi videri poſſunt) minorem qui ſine decreto iudicis,feudum alienauit,eo non priuari: cum nulli ter alienauerit.

10 ¶ Ac inde dicit Ioan. fab.in.l.fin.2.col.verbo, in irritum, C. comm.delega.& in.l.1.C.quando lice.ab emptio.diſced. quòd ex venditione nulla, ſiue inutili non debetur laudimia,ſeu gabella,quæ à ſtatuto ex omni cõtractu iubetur ſolui.& ſcribit Bar. in.d.l.fin.§.fin autem,& ibi quoq; Bal.in.§.ſed quia noſtra mageſtas,col.1. verſic. quæritur hic. & ibi etiam Paul.Caſtrẽ.col.2. & Pet.Philip.Corne.col.etiam. 2.& Iaſon fi.col.C.commudele ga.Dida.de ſegura in reper.l.1. §.ſi vir vxori,fol.(mihi.)86.col. 3.ſecund.vol.ſua.rep. bonus eſt tex.vbi not.Bal.&.Saly.in.leg. 2.C.de eunuch. Andre. Barba. plurium allegatione doctorum in.l.1.§.ſiquis ita.3.col.verſic.itẽ vbi contractus, & in fi id quòd aurũ,col.pen,ff.de verb.oblig. & in conſil. 35. incip.omnipotẽtem.3.col.volũ.4.firmia.in.d. gabella,tract.3.par.8.part. prin cip.quæſ.15. Felin.in.d.c. ex tenore,colum.3.verſic.regula non præſtat,de reſcrip.Iaſon in.leg. poſſideri.§.nerua.2.col.verſic. hinc,eſt quòd talis, ff. de acqui. poſ.Philip.Detius in leg. edita, col.8,verſic.& dum Bart.ſubjicit.C.de eden. Hippol. Marſilien.in.d.l.fin.3.col.de quæſtio. & in rubri.de fide iuſ.num.107. Franciſ.de Ripa in.d.leg.4.§ cõdemnatum,1.col.num.6.dere iudi,& in.d.leg.edita,num.42. & Molin.in conſuet.Pariſien. tit. 1.§.22.numer.32.& in fortioribus terminis,Aurel.Dauid nouiſſime explicat,in tract.de verbo.ſigni.c.9.num.120.quòd eſt notabil.ad intellectum leg.3.in regio gabellarum quaternо.

11 ¶ Ita etiam ex contractu nullo (ſi fieret a pupillo,ſeu eccleſia) nulla transfertur poſſeſſio. ſecund. communem opinionem doctorum, Alexandro teſte in conſil.81.incipien.lecto.4.col. in fin.vol.3.& conſil.69.incip. circa,3.col.vol.5. & ſic licet ex cõtractu cum eccleſia facto abſq; alia traditione transferatur, in eam dominiũ.leg. fin. ibi,ſed etiam in rem.C.de ſac.eccleſ. & etiam (meo iudicio) poſſeſſio hodie iure noſtro regio per tex in.l.1.titul.11.part.1.ibi, *ganan el ſeñorio y el derecho*. exponendo illud verbũ,*derecho*. id eſt,*poſſeſſion*. iuxta ſingularem Innocen. deciſionem in.c.epiſcopi,numer.2. de reb. eccleſ. non alien. ſub iungentis quòd vbi in aliqualege,

H 2 vel

vel costitutione apponuntur, hæc duo verba, ius, & proprietas, illud verbum, ius, exponitur, & sumitur pro possessione quem citat Bal. in. l. si mulier. §. qui possessionem in fin. quem legit sub. §. quòd metus, ff. de eo quòd met: caus. & dicit notab. Francisc. Aretin. in. l 1. in prin. §. col. nū. 14. circa fin. ff. de acqui. poss. & voluit Archidia. in. c. & si illi, 12. quæs. 2. & videtur tex. & ibi not. idem Bald. in vltim. verb. in. l. iubemus, §. sane, in fin, C. d sac. san. eccles. & optimus in c. si diligenti, in prin. coniuncto versic. cuius nomine possidetur. de præscrip. intelligi tamen debet, quando contractus est validus, secus autem inualidus cum sit: secundum Felin. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 89. de cōn stit. quo solo casu, contrario cō sensu dominium retro transfer tur in ipsum venditorem. secund. Iason. singul. in leg. ab em ptione, num. 15. ff. de pact. quic quid dicat Bal. in. leg. si tibi, §. de pignore, eod. titul. quòd est singulare, ad intellectum, & limitationem. d. leg. fin. de sac. san. eccles. & glo. ibi. verbo, in rem, volentis in casibus inquibus ipso iure in aliquem transfertur dominium, non censeri translatam possessionem, cui simil. est ï leg. si fratres, §. idem respōdit. ff. pro socio, & in. leg. 1. §. sed & quoties, ff. ad. Senat. C. Trebel. & in. c. 2. in glo. fin. de consue, & pro eis tex. in leg. cōmis, sa, ff. de publi. & vestig. & in. leg. si duo, § idem respondit. 3. ff. pro socio.

12 ¶ Ita etiam neq; contractus validus tollitur, aut innouatur per contractum nullum, aut simulatum. leg. ex pretio. C. si cert. pet. leg. si id quòd. §. 1. ff. de rescin. vend. & in tot. titul. plus va le. quòd agit.

13 ¶ Pari eo dem voto, citationem factam statuti forma non scruata, inutilem esse: & prorsus non valere. Baldus not. in. leg. 1. in lect. antiq. & ibi Socin. in. 4. notab, ff. ne quis eum qui, & in. leg. non sunt liberi, in. 1. lect. ff. de stat. homi, & in leg. cessante, col. fin, versi. sed nūquid hoc sit verum. C. quom. & quando iud. et in. c. vltim. versic. item nota quòd duo, de fer. & in consil. 213. incip. vt apparet in fin. vol. 4. Angel. in consil. 186. incip. re petito, & consil, 216. incip. visis igitur. col. 1. in fin. Anchar. consil. 97. incip. in quæstione, col. fin. Ioan de Imol. consil. (item), 97. incip. in causa quæ vertitur, col. 3. versic. circa tertium, & consil. 110. eiusdem initij in. 1. dubio, & cō sil. 120. inci. viso processu inquisitionis, in vltim. dubio (vbi & ad alios ad id citat) firmat Alex. in consil. 173. incip. in causa, col. 3. versic pec cant, & in alio. vol. 2. Socin. consil. 59. incip. viso elegantissimo. 2. col. versic. sit ergo, vol. 1. & Guido Pap. in consil. 119. ver sic. ex quibus. col. 3.

¶ Sic

14 ¶ Sic citationem inualidam nõ interrumpere, Bart, & Alberi. censent in leg. accusaturus, ff. ad leg. Iul. de adult. idẽ Bar. in auth. offeratur. 2. col. versic. quaero circa finem, & ibi Saly. col. fin. C. de lit. contest. Bal. in. leg. cum notissimi, §. imo. 2. col. versic. & do tibi, C. de praescrip. 30. vel. 40. anno. & in. l. fin. in prin. circa medi. & ibi Socin. col. 3. versic. tertio limita, ff. de eo per quẽ fact. erit. & in. c. quoniam contra falsam, 3. col. in parte citatio nes, de proba. & in. c. tua nos de cohab. cler. & mul. col. pen. An gel. consil. 220. incip. in ciuitate 2. col. recentiores plura ad id citantes in rub. ff. de in ius vocan. Philip. fran. in. c. vt debitus, col. 3. versic. secunda conclusio, de appella & in. c. cum plures, col. fin. de offic. delega. lib. 6. Maria. Socin. in. c. fin. col. ante pen. de libel. oblatio. Ludoui. Gometius. dicens communem opinionem, & veriorem in regul. de annal. poss. quaes. 45. versic. breuiter in hac materia, pagin. 592. & Ioan. Fran. Balb. in tract. praes. in. 3. part. vlti. part. principal. nũ. 47. Felin. in. d. c. ex there, col. 3. versic. regula non praestat, de rescrip. & in. c. illud. 3. col. versic. dum subdit, de praescriptio. Iason in leg. licet. col. 2. C. de procura. & in. §. poenales. num. 130. instit. de actio. & Mathe. de Afflict. decis. Neapol. 366. incipien. in pleno ad finem bonus est tex leg. si pater, C. ne de stat. defunct. & glos. in. c. vt debitus de appel.

15 ¶ Nec malam fidem inducit, quando ex tali actu nulliter gesto, quis plene instrui non potuit: secundum Bal. in authen. offeratur, & in leg. 1. post princip. C. ex delict. def. vbi dicit quòd citatio, & litis cõtestatio, si nulliter fiunt nihil operatur.

16 ¶ Minusq; praescribendi causam citatio quae nulla est tribuit, quando nullitas praescribenti erat nota. vt sentit glo. magna circa medium in. c. sacerdotes. 16. quaest. 3. & scribit Balb. in. d. tracta. praescriptio. quaes. 11. part. 3. principal. post Bal. in leg. 1. C. de praescrip. 30. vel. 40. anno. & Guido Pap. in quaestio. 159. incipien. duodecima. (qui in casu suo tenet contrarium.)

17 ¶ Sic, nec pacificam possessionẽ interrumpit. vt late prosequitur Gomeri. super regula de annali. 45. quaest. & tradit late Felin. in. c. illud, col. 2. & 3. de praescriptio.

18 ¶ Et iurisdictionem, citationẽ inualidam non perpetuare, glo. fin. voluit, in. d. c. cum plures de offi. deleg. lib. 6. & ibi Ioan. Andre. Paulo ante fin. & etiã Pet. de Anch. col. fin. versic. quaero tertio, & Dñic. quoq;, col. vltim. ac Philip. Fran. 3. col. versic. tertio tenementi. & licet eam singularem dicat Ludo Roma. in singul. 149. incipien. glo. ordinaria. idem tamen voluit glo. final. iuncta textui, in. c. bonae, 2. de

elect.& glo.etiam final. in. leg. accusatoribus,C. d accusation. quam sequitur Bal.in.d.c. quoniam contra, 7. col.in prin. de proba.& in.c.in nomine domini,notab.4. de testib. not. Archidia.in.c.non ita. 2. quæst.6. probat tex.optimus in.c.propo suisti,de for.comp.ibi, *à re legitime citatis*. tradit Felin.in.c.gratũ col.1.versic.vtrum actus nullus, de offi.deleg. & Ioan. Lupi de Palaci.rub. in repet. c. per vestras,notab.4.fol.166.colum.3. num.29. versic. ad ista benefacit,cum sequen.de donatio.inter vir.& vxor.& vltra eos.Pet. de Anch.in consil.16.incipien. viso processu.2.col.

19 ¶ Sed, & præuentionem, siue præoccupationem iurisdictionis, per citationem inualidam, fieri,minime Ioan. Andre.scribit,in.d.c. cũ plures, & in alleg. c.proposuisti,per illũ tex.& ibi. Panor.col.1.in.5.notab. & Maria. Socin.col. etiam,1.in.4. notab.& iterum col.7.versic.quin to quæro,de for.compet.

20 ¶ Alibi,etiam (nec absre est) voluit Bar.in.l.filiũ.§.si quis bo norũ,p illũ tex.& alios,quos citat,ff.de lega. præstād. quòd stā testatuto,quòd si aliquis cesserit actionẽ alicui nobili, cadat à iure suo,si quis cesserit, qui cedere nõpotuit,vel alias cessio fuit inutilis,non cadet à iure suo .quòd mouet esse menti tenedũ.& idẽ voluitipse Bart.in leg.non putauit,§.non quæuis per illũ tex. ff.de bono. posse. contra tab. Roma.in repet. leg.si vero.§.de viro.33. fallen, ff. solut. matri. Bertachin.firmia.in.d. gabella. tract.3.part.8.part.prin. quæst. 32.versic.item sequitur quòd cedẽs.Iason in.d.leg.1.§.1. notab. 5.ff.quòd quisque iur. & in.d.l. 3.col.ante pen.versic. 22. C.de iure emphit.

21 ¶ Ex his etiam infertur, ad cleri cum beneficiatum,qui matrimo nium contraxit nulliter, quòd beneficio priuari non debeat; secundum,Ioan.de Imol.in clemen.gratia, de rescrip. intelligẽ do tamen eius dictum, quando scienter contraxit cum consan guinea:quem sequitur, & defen dit Detius, in consil. 166. incipien. Ego Philippus Detius.

22 ¶ Actus enim nullus, nullum operatur positiui iuris effectũ.

23 ¶ Dicit propterea solet, quòd clausula in priuilegio, vel aliàs apponi solita,videlicet, non ob stante quauis concessione alteri facta,&c.intelligi debet, de con cessione inualida, & nulliter facta,non autem de valida.vt Alexand. scribit,in consil. 3. incipien.ex hisn,umer. 4. & consil. 23.num.11.volum. 5. & consil. 35.incip.viso.2. colum. volum. 4.& Selua,de benefic.quæst.13. par.3.& Detius,in consilii.33. in cipien. viso puncto,col. fin. in princip. & fuit originale. dictũ Compostel. in.c. causamq;,de rescrip, & tradit.idem Detius in consil.580.incipien. quæritur circa

circa finem.
24 ¶ Et ita videmus,quòd quãuis regula, sit quòd appellatione pendente, à sententia diffinitiua nihil innouandum sit.vt,ff.nihil nou.appel. pen. & si secus fiat per remedium attentatorum in primis, & ante omnia reuocari debeat.c.nõ solum, de appella. lib.6.Rotæ decisio,185.incipiẽ. si pars, in nou. nihilominus si appellatio, ex post, declaretur nulla,attẽtata reuocari non debent:cum intelligi debeant, de appellatione valida,& legitima: vt est Rotæ decisio.357.incipiẽ. nota quòd attentata, in antiq. & Ægidi.decis.239.incipien.in causa.d.Guilielmi,Prout nec ipsa reuocarẽtur appellatione deserta,si modo ex actis,de desertione constaret.vt concludit decis.Rotæ,1. in nou. & ipse Ægid.decis.420.
25 ¶ Quamuis attentata huiusmodi,si non per viam attẽtatorum, per viam nullitatis ordinariam reuocari possent,secund. Francum in.c.sæpe.10.colum.de appella.& scribit Gomet.in regul. de trien.quæs.54.vel possent reuocari ex mero iudicis officio. vt cõcludit Rot.decis.14. in nouis,de quo per eundem Ægidi. decis.623. incipien. processus, cum sequen.
26 ¶ Sic etiam appellatio in formis,& nulla,quantumcunq; ad Papam interposita fuerit, non deuolueret,nec alium iuris effectum operaretur.c.quamuis, & c.cupientes,vbi glos.verb. appelatio,de electio.in.6.& in.c.1. verbo,deuoluta,de supplen.neglig.prælat.eod.lib.decisio quæ est Rot.385.incipien. si appelletur.&.412.incipien. si appelletur manifeste friuole, in nou.
27 ¶ Sic etiam,quamuis confessio tacita,vel expressa,quæ nulliter emanauit,seu ex actu nullo resultat,mentem confitentis declaret,vt in leg.legatum sub conditione,§.fin. ff. de alimen. lega. leg.2.C. de fideicom. leg.in testamento,ff.de fid.com.liber. & notat Bart.in leg.fin.ff.de reb, eo.cum alijs de quibus per Decium cõsil.172.incipien.in causa,col.1.& consil.176.incip. viso,col.etiam.1.nihilominus quã do reperitur contra legis prohibitionem emanata, non habetur pro veritate: sed pro erronea reputatur: si aliud non interueniat.vt not.Bald.in leg a lia. 2. col. C.de his quib.vt indig.& Math.de Afflict. in decis.Neapol.25.incipien.in causa petitionis,in fine.& Alexãd. consil.30.incipien. ex allegatis, col.1.vol.7.& Rot. vt per Cassador.decis.5.de iure patron.
28 ¶ Sententia ergo nulla,ius non tribuit:quodcq; nulliter factum est, factum non censetur: c. clemẽ.pastoralis,de re iudi.& Corneus explicat in consil.325. incipien.prima facie videtur.3. col. num.11.vol.1.& nouissime quasi sub eadem casus specie Martin. ab Azpiscueta Nauarrus,

(præceptor olim meus Salmanticæ, vir ingenij acumine, ac varia doctrina præcellēs) in prælectio. c. cum contingat, de rescrip. Remedio. 3. pagin. 160. cum sequen. secund. meam impressionem.

29 ¶ Scribens, etiam ibi plurium allegatione iurium, canonistarum, & theologorum, sententiā excommunicationis, quæ aliqua de causa, est nulla timēdam non esse, c. cui, &. c. non debet. 11. quæst. 3. vbi Gregorius, non debet (inquit) *is pœnam sustinere canonicam, in cuius damnatione, non est canonica prolata sententia.*

30 ¶ Firmās idem Martin. ibidem autoritate Paludani, (theologorum omnium, hac in re doctissimi) in. 4. distinc. 18. quæst. 1. col. 3. & Antoni. Archiepis. Florēt. in. 3. part. titul. 24. c. 73. excommunicatum nulliter, denuntiatum publice, non teneri abstinere à diuinis, neq; ab alia hominum communione legitima, modo nullitatis causa, publicata fuerit per eum.

31 ¶ Quibus non obstat Angel. de Clauas. in verb. excōmunicatio. 4. §. 19. qui casibus quindecim, paulo ante ab eo relatis, qui bus excommunicatio ipso iure, est nulla, quorum vndecim ponit glo. singul. post Ioan. Monach. in. c. præsenti, de senten. excom. lib. 6. subijcit hæc verba, in omnibus prædictis casibus sententia excommunicationis, nullo modo est timenda, nec quoad Deum, nec quoad ecclesiam, quando notorie constat de aliquo ipsorum. Sed quando non constaret, tunc quoad ecclesiam esset timenda: & ipsam cōtemnes peccaret mortaliter: & posset excommunicari. Hoc enim eius dictum, dum de notorio loquitur, intelligi nō debet eo modo, quo notorium capitur in. c. vestra, de cohabi. cleric. & mulie. vt ibi definit Anton. num. 31. nec item vt accipitur in. c. fin. de tempor. ordinād. sed in genere, pro eo, quòd est manifestum, hoc est, secundum Panor. in. d. c. vestra, num. 13. per clamosam insinuationē, certo autore præcedēte patefactū. alioqui Angel. contrarius esset Paludano, & diuo Antonino. Imo & prædictis iuribus, quòd non est credendum. Vnde plusculum vigilantiæ desiderari potest in Siluestro, mea sententia, alias vigilantissimo, in verbo, excommunicatio. 2. notab. versic. 13. qui relatis, & probatis, ante dictis verbis Paludan. subijcit hoc Angel. dictum ad verbum, eo non citato, nec aliter verbis eius temperatis, quæ tamen erudito, & in materia notorij exercitato, contraria merito videri possunt.

32 ¶ Et diligentior mihi videtur Gabriel, (vir omnium consensu doctissimus) qui in. 4. distin. 18. quæst. 2. col. 11. altius omnibus in hæc verba (quæ ad nostrum quoq; thema spectant.) loqui

loquitur. Si vero excommunicatio fuerit nulla, ob defectum iurisditionis, super excõmunicatum simpliciter, vel in illo casu, quo fertur excommunicatio, vel quia fertur post appellationem legitime interpositam, vel ob alium defectum, propter quem, ipso iure est irrita, tunc non oportet eam timere: nec pro excommunicato agere, seu gerere vitando communionem sacramentorum, & hominum: quoniam quòd non est, non oportet timere, sed dum sententia est nulla, iam non est excommunicatio, nec quoad Deum, necq; quoad ecclesiam: quia secundum veritatem, nullam sententiam iuris incurrit, qui sentẽtiam quæ nulla est, non custodit: timenda tamen est non sententia, sed scandalum populi vulgaris, nescientis sententiam esse nullam. Vnde, si aliquis publice excommunicatur, & denuntiatur nulliter, ex aduerso publicet ipse sufficiẽter causam, propter quã sententia est irrita, quo facto nõ pareat sentẽtiæ, & si aliquis tunc scandalizatur, non est scãdalum pusillorum, sed phariseorum, secundum regulam Christi, Mathe. 15. contemnendum. attamen non tenetur eam seruare in occulto, ante scandali sedationem, sed necq; in occulto, nec in publico coram sapientibus, quibus nota est nullitas sententiæ, tenetur eam obseruare hactenus illic, cuius & aliorum sententias curiosius hic retuli, quo res hæc quotidiana sit, & nostro proposito maxime conueniat.

33 ¶ Imo, si præcitata lex Toletana, nec dũ loqueretur de sententia, (prout ipsa disponit) ferenda, sed de qualicunq; sententia, de valida intelligenda esset: vt not. eleganter Bar. in. l. 2. §. prætor, ff. qui satisd. cogã. siquidem sententia nulla, non sit sententia: ac exequutionem nõ mereatur, vt prosequitur Ludo Roma. in consil. 334. incipien. circa primum. num. 7.

34 ¶ Sed cum exequutio, sit facta retractanda est. l. si cum nulla, ff. de re iudi. leg. fin. C. si ex fals. instrum. tradit Fernand. Gomez Arias, in leg. 75. secundum ordinem suæ, lect. 6. col. numer. 13. in leg. taur.

35 ¶ Sic, & pro sententia nulla, iudex non facit litem suam. tex. est, & ibi nota. Angel. & post eum Alexander, & recentiores in d. lege. 1. §. 1. ff. quòd quisq; iur. tenuit glos. in lege fin. in princip. ff. de var. & extraordin. cognit. & Bart. in quæstio. per eum disputa. incipien. à sententia iudicis.

¶ Frustratorium enim factum, pœnam efficaciter non committit: ex quo secundum Philosophum ex nihilo, nihil sequitur. prout tradunt Bald. & Saly. 2. notabi. in lege ea, quidem, per illum textum. C.

si mancip. ita fuc.aliena. tradit Bart.in leg.vbi pactum,col. fin. & ibi moderniores. C. de transact.& in leg. continuus, §. cum quis,ff.de verb.oblig.late Felin. (alios multos citans) in. c.tua nos,3.colum.de iure iuran.

37 ¶ Facit glo.in leg. si patronus. §.patronum,in verbo,Fabiana, ff.si quid,in fraudem patro.quæ dicit pœnam super inualido cõ tractu non tenere. à Bald.com mẽda.in leg.imperator, colum. pen.ff.de stat.homi. & in leg. 1. col.5.C. de inof.donat. & post Angel. Aretin. dicit singular. Iason in.§.fuerat.num. 76. inst.de actio.& in leg. principalibus,ff.Si cert.peta. & solẽnem in leg.ex testamento.num.2. C. de fideicom. & communiter ap probatam idem Iasõ testatur, in leg. certi condictio.§. si num mos,num.36.ff. si cert. peta. & est notandum ad intellectum, & declarationem capit.101. comitiorum Madrit.ann.1534.

38 ¶ Cuius glosæ, post quam meminimus,iniocundum non cen seo,loco ab hoc haud alienũ, per eam notabiliter posse decidi,quòd cum grauamen filio, in legitima imponi non possit, vul gat.leg. quoniam in prioribus. C.de inof.testamen. cum latissi mo sermone,per nostratem Rodericum Suarez, Baccalarium magnæ practicæ, & vtriusq; iu ris peritissimum,ibi adductis, si testator instituat filios suos hæredes in omnibus bonis, & vni eorum iniungat, vt decem alicui det extraneo singulis annis, in alimenta,& si huiusmodi non paruerit grauamini,quòd melio rat in tertio, & quinto bonorum alios filios, licet filius grauatus, nolit dare dicta decem, alios filios melioratos non esse: nec talis valebit melioratio: per paulo ante citatam glosam cum in pœnam facta sit: & ad intimidandum ipsum filium ap posita: & in fraudem dictæ legis, & legitimæ,ipsa lege, filio debitæ:bonus est tex.l.fin.ff.de constit. pecun. & in.l. quod de bonis,§.1.ff.ad leg.falcid.& in si mili specie,ita notabiliter respõ disse Petrum ab Ancharra, re perio in consil. 128. incipien,si huic Francisco.

39 ¶ Sic,& pœnam in transactione inualida, de alimẽtis peti nõ posse,glos.voluit,in leg. cum hi in prin.& in leg.qui fidem,ff.de transactio.ad id, à Berthachin. citatæ in.d.quæstio.32.3.par.8. par.princip. numer.50. gabella tract.bona est etiam glos.in.c. imperialẽ,de prohib.feud. alienat.per Federic.

EX.6. FVNDAMENto sequent.

¶ *Lex noua Tolet.restringi debet, vt minus lædat ius commune, quàm fit possibile.num.1.*

Lex Tolet.intelligenda de sententijs est: quæ secundum eius formam sint latæ. numer.2.

Sta-

Statutum, vel lex si disponat, quód sufficiat quælibet, vel qualiscunq; probatio, intelligitur, dum modo sit idonea, vel legitima. num. 3.

Lex. 5. in quaterno regio, legum confraternitatis citatur, & declaratur, ibidem.

Statutum statuens, quód cõtra magnates sufficiat qualiscunq; probatio, intelligitur de tali quæ de iure valeat. num. 4.

Lex generaliter loquens, de habilitate est restringenda. num. 5.

Lex seu statutum, concedens alicui liberam testandi facultatem, in quascunq; personas, nunquám per dictionem liberam, habilitare censetur personas inhabiles. num. 6.

Lex. 14. ad curias Taurinas citatur, & declaratur. ibidem.

Facultas eligendi confessarium, intelligitur de curato, vel ad audiendas confessiones, tacite seu expresse delegato, aut per ordinarium approbato: & non de simplici sacerdote. num. 7. contra Nauar, & Ioan. de Medina.

Statutum loquens de hærede, de vero, & iusto hærede intelligitur. num. 8.

Statutum loquens de titulo, de vero, non desimulato intelligitur. num. 9.

Statutum requirens consensum propinquorum, in contractibus minorum; aut mulierum, intelligitur de habilibus, locumq; ideo non habet in donatione viri, & vxoris, quæ nulla, & inutilis est. numer. 10.

Lex. 55. cum quatuor legibus sequentibus citantur, & declarantur ibidem, & numer. 11.

Legis cuiuslibet verba, intelligenda cum effectu. numer. 12.

Clericus, non dicitur tonsuram primã reassumpsisse ex sola reassumptionis allegatione, sed quód super ea ad sententiã qua clericus pronūcietur processum sic, requiritur. num. 13.

Lex. 17. titul. 3. lib. 1. ordina. Regi. expẽditur, & declaratur. ibidem.

Geminata verba, qualiscunq;, & quicunq;, quæ importare solent, plusquám verba simplicia, restringuntur ad personas habiles. num. 14.

Statuto stante, quód sententia arbitri, qualiscunq;, mandetur exequutioni, intelligitur, dummodo lata sit, á persona quæ potuerit esse arbiter. num. 15.

Pragma. 42. caput. 45. in vol. pragm. fol. 41. expenditur, & declaratur. ibidem.

Lex. 6. titul. 1. lib. 3. ordin. Regia. generaliter, et indefinite loquens, de obligatione quòd intelligatur de obligatione habili, & efficaci. num. 16.

Pragmati. in vol. pragmati. fol. (mihi.) 162. col. 4. & fol. 199. col. 1. citãtur ibidem.

Lex quantuncunq; generaliter loquatur, non comprehendit exemptos. num. 17.

Priuilegij sub modo concessa specialibus locis, aut personis, per generalem reuocationẽ reuocata non cẽsentur. num. 18.

Priuilegio incluso in corpore iuris, nunquám censetur derogatum, per generalem derogationem. num. 19.

Priuilegiorum ob generalem constitutionem derogatoriam (cum clausula, etiam si de eis mentio specialis fieri deberet,) nõ intelligitur fore sublatũ priuilegium concessum personæ aliás priuilegiatæ, nisi de priuilegio fiat mentio, in ipsa constitutione sigillatim, & specifice. num. 20.

Personæ miserabiles, quæ dicantur remissiue, ibidem.

Vtrariensis oppidi solenne hospitale, ex nomine resurrectionis Iesu Christi. ibidem.

Autoris tritauus, illustrissimus dominus Ioãnes á germanica legione, Põtius dux Arcuũ, & comes Marchenæ. ibidem.

Statutum ciuitatis, pœnam imponẽs contrahẽtibus matrimoniũ in gradu quarto

vel

vel citeriori intellige͂dũ de gradu secun dum canones, quia agitur de causa matrimonij, quæ ad canones spectat. nũ. 21. Antecedenti destructo, consequentis destructio sequitur. num. 22.

1 

EX-to, huic nostræ pricipa liter suffragatur par ti, quòd quãdo cõceditur ius nouum, vt est pau lo ante citatæ Toletanæ legis, (quæ noua est, & à iure commu ni extranea.) semper debet restringi: vt minus ledat ius commune, quam fit possibile, postq; satis operatur, concedendo de nouo. l. si quando. iunct. glo. C. de inof. testam. c. cum dilectus cum similib. de consuet.

2 ¶ Cum ergo satis operetur eadem lex, circa exequutionem sententiarum, de quibus ibidem fit mentio, restringi necesse est, vt ad sententias, contra præfatæ legis formam latas, minime extendatur: intelligendaq; dicta lex sit regia, de illis quæ secũdum. eam sint latæ tex. est in leg. instrumenta, verbo, quibuscunq;, iuncta glo. quæ addit, scilicet idoneis, C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscalis, lib. 10. & ibi Bart. dicens quòd illa glo. est notabil. ad statuta, & similia. simil. est glo. in. l. 1. C. fid. de instrumen.

3 ¶ Secundum Bald. ibi, quòd si lex, vel statutũ disponat, quòd sufficiat quælibet probatio, vel qualiscunq; probatio, intelligitur, dummodo sit idonea, vel legitima. & eundem Bal. in tracta. statut. in verbo probare, & probatio. versic. 3. & Iason. in. leg. fideiussor. §. prætor ait. versic. quarto facit, ff. qui satisd. cogan. quòd est satis notabile ad intellectum, & declarationem textus leg. 5. in quater no Regio legum confraternitatis, ibi, *Con qualquier informacion.* vt intelligatur de habili, & ex qua culpabilis capiendus resultet.

4 ¶ Et sic, alibi not. idem Bald. in leg. 2. in verbo, filijs, per illum tex. cum glos. ff. qui satisd. cogan. quòd si statutum statuat quòd cõtra magnates suffi ciat, qualiscũq; probatio, intelligendum est, de ea quæ de iure valeat. cui accedit quòd glosæ dicunt in. §. sed & solemnia, verbo, quibuscunq;, instit. de verbo. obliga. & in leg. qui autem. §. fin. verb. quibuscunq;, ff. de constit. pecun. & in leg. pen. verbo, quamcunq;, vbi glo. dicit, s. iustam. C. qui admitt. & in leg. 1. verbo vtilem, vbi Bart. & dd. ff. de eo quòd cert. loc. & in leg. 1. glo. 1. vbi latissime recenciores. C. de sacro sanc. eccles.

¶ Et quòd vulgariter dicit solet legem

legem generaliter loquētem de habilitate restringendam.l.sed & si compromissum,ff.de arbit. leg.vt gradatim,§.& si lege, ibi, *Sciendum est hoc esse obseruandum,si ido nei sint.* ff. de mun. & hono.singul.secun.Bart.in.l. Cæsar,col. 4.de publi,& vectig.& dd.in.c. 1.de constit.declarat idem Bar. in.l.omnes populi,18.col. num. 55.cum sequen.ff.de iust. & iur.

6 ¶Ita,vt quantumcunq̃ lex, seu statutum concedat alicui liberā testandi facultatem, in quascunq̃ personas,nunq̃ per dictionē liberam habilitare censetur per sonas inhabiles, etiamsi facultas illa libera,ad pias causas sit. secund.glo.in.d.l.1.C.de sac.san. ecclesi.communiter contra Bar. ibi,approbatam, vnde lex. 14. ad curias Taurinas, in illis verbis, *puedan disponer libremente.* intel ligenda omnino ex prædictis, est,dum modo talis mulier quæ testari vult,ad disponēdum,seu testandum habilis sit. Sed & verbum illud,libere adnon referuationem vsufructus de quo ibi refertur.

35 ¶ Ex prædictis quoq;, & illud proficiscitur (nec id omittendum censui) quòd pulchre voluit Innocen.in.c.per tuas,in verb. de obseruando,de arbit.quòd iuramentū simpliciter præstitum, in materia de sui natura alternatiua, debet etiam intelligi alternatiuè, vt principale,super quo interponitur.quod dictum pulchrum,& singulare dicit Panor.in.c. ex parte, 2.col.num.4.de cleri.non resid. & citat idem Panor.in.c.1.col.12. num.21.de iudic. Sic etiam procedit,quòd dici solet renuntiationē q̄tumuis expresse factam,de nō succedendo patri, ex testamento, nec ab intestato, cum iuramento non obstare,quin ex paterno capi possit testamento: vti à Baldo proditum est,in.l.fin. C. de pact. nu.15.quem ibi Roman.sequitur, nu.41.& Crotus, in.l. stipulatio hoc modo concepta,nu.26.ff. de verb.oblig. Decius,in.l. pactum quòd dotali,nu.6.C.de pact.Mathe.de Afflict. in decisio. 350. incip.fuit dubitatum.Parisius,in cōsil.24.nu.90.vol.2. communisq; hæc opinio est, Croto teste,in.d. num.26.& Parisio,in.d.cōsil.24 num.90.quòd virtus, & effectus iuramēti fuerit sublatus, propter remissionem obligationis, cui adhærebat iuramētum: & quando pater sic instituit hæredem, visus fuerit contractus obligationem, & iuramētum remittere:quòd probatur l.fin.ff.qui,& à quib.c. 1. vbi Felin.nu.1.&.2.de iur.iur.c.cū inter.P.Gaufredi, d̄ renūt.declarat Riminal,in prin.inst. quib. alien. licet,vel nō.nu.294.& cum iuramētum accessorium sit obligationi, tātū q; duret,quātū obligatio. d.l.fin.C.de nō num. pec. consequēs est per institutionē sublatū esse iuramētū, sicuti ipsam cui accessit obligationē,sicut in simili dicimus ex doctrina.l.qui Romæ,§ Flauius,ff.de verbo.oblig. huiusq; sententiæ doctissimus Fernādus Tellius est,in.l.6.Taur.cōclus. 2. nu.42.cū seq.quicquid aliter, cogitandum tādem relinquēs, eruditissimus censeat Fernādus Mēchacen.in lib.2.de succes.crea. par.1. §.18.nu.145.post Augusti. Beroi in.c.ī præsentia,nu.194.d̄ proba.

36 ¶ Quibus etiā cōsonat,quòd Bar. docuit per illū tex.in.l.fin.§.idem quæsiuit,(aliás secūdum veriorē literā,§.item quæsitū.) ff.de cōdi. indebi.quòd nulla quæuis renuntiatio valet,si actus principalis, in quo fuit apposita,nō valeat,quia per omnia renūtiatio ipsa, actus naturam principalis sequatur, nā idē error,qui in principali,est promissione,ī hac est renūtiatione:& sicut indebite promisit,ita indebite renūtiauit:à Iasone pro singulari relatus,& sequutus,in.d.§. fuerat.nu.76.cū seq.inst.de actio,& idē voluit Paul.de Cast. in consil. 143.icip.viso processu,col.1. ver. nec etiā obstaret,par.2. vbi allegat Bal.in.l.in cōtractibus, in fin. prī.C.d̄ nō nu.pec.& idē Paul.in l.fin.nu.6.C.plus val.quod agi.

37 ¶ Et facit secund. Bal.in.l. si diuersa, circa medium,versic.venia mus

mus, & ibi Raph. fulgo, col. 3. C. de transact. quòd renunciationes appositæ in compromisso, intelliguntur, si actus principalis habet effectum: quem sequitur, & commendat Alexan. in consil. 22. incip. viso instrumento syndicatus, col. 1. vol. 1. & Iason dicens singulare, in d. l. sub prætextu. 1. ad finem, C. de transact.

38 ¶ Sed neq; ex vera traditione, (quod magis nostro aptum est proposito) possessionem transferri, nisi præcedat causa habilis, & iusta, ad trasferendum dominiũ, Iacob. Rauenas (antiquus quidẽ scriptor, sed ab omnibus nostris cõmendatissimus) in l. 1. quod meo, in prin. ff. de acq. poss. post glo. ibi censuit. quæ tamẽ, vt ex ea patet, in eiusdem legis casu, de ficta traditione disponentis, loquitur, vrget tamen sua pro sentẽtia, tex. in. l. 3. §. sciendum, ff. de don. int. vir. et vx. *Sciendum autem est, ita inter dictam inter virum, & vxorem, donationem esse, vt ipso iure nihil valeat quòd actum est: proinde si corpus sit, quòd donatur, nec traditio quicquam valet.* & in. l. si cum qui, in prin. cod. tit. scribitur huiusmodi donationẽ, neq; traditionem inde sequutam quicquam valere. quo tamen in loco glo. verbo ciuili, opponens de. §. si vir vxori. l. 1. ff. de acq. posse. (dũ dicit,) *Si vir vxori cedat possessionem causa donationis, plerię; putant possidere eam, quoniam res facti infirmari iure ciuili nõ possunt.* (vbi Petrus à Bel. pert. Din. & ceteri contra eundem Iacobum, in hoc tenuerũt) hanc antinomiam soluens, in effectu dicit, possessionem ciuiliter non transire: licet bene naturaliter, secundũ quosdam: siue autem transeat, nõ tamen effectualiter, cum cito auocari possit: argumen. l. fin. §. fin autem. C. commu. delega. quam ibidem, in. d. l. si cum. Bart. Bal. & Saly. sequuntur, ac probant, si quidẽ non videatur possessionem adeptus, qui ita nactus est, vt eam retinere non possit. l. non videtur, ff. de acqui. posse. (de quo statim in sequenti fundamento.)

39 ¶ Præterea sententia, in casu paulo ante citatæ legis Tolet. immediata causa est possessionis, quæ in eius exequutionem, dictæ ciuitati Hispalensi, ac Vtrarien si cõmunitati fuit attributa, quæ quidem sententia nulla cum fuerit: & inutilis, vt pote contra ipsius legis tenorem lata, dicta possessio etiam inutilis est: nec in prædictas communitates potuit transferri. l. si aliquam rẽ, ff. de acqui. posse. & expressior in. l. si quis ante, §. 1. versic. *Siquidem nummo vno.* cod. tit. Facit quòd scribit Bal. in d. l. non dubium, 8. col num. 18. C. de legib. dum loquẽs de possessione dicit, quòd si contractus est immediata causa possessionis, (vt cõtractus precarij,) tunc si non tenet contractus, nõ transit possessio: quem nuncupatim ibi sequitur Iason, 11. col. num. 55. & Alexand. in. d. §. si vir vxori, 2. colũ. num. 5. versic. quòd confirmo, & ibi quoq; Socin. 3. col. numer. 11. versic. prima conclusio bonus est

tex,

tex in.l.ei à quo,ff de vsucapio. ibi. *nullius mométi esse locationem quia dominus rem suam conduxit, sequitur ergo, vt nec possessioné locator quidem retinuerit, ideoq; longi temporis præscriptio non durabit.* per qué ita tenét Bar. & communiter.dd.in.d.l. si aliquam rem,in.2. membro princip.(teste eodem Socino,quo loco eum nuper citauimus.) Sed & idé Iason Bald.sequitur in.d. §.si vir vxori.3.col.num.11. versic.secúdo per illud.& Alexan. ipse,in.d.l.si aliquá rem. 4. col. num.13.versic.præterea not.dixit Bal.& Hierony. Gratus,nouissime in consil.90,incipien. omissis argumétis,2.col.num. 18. vol.1.& idé non obscure voluisse videtur Bar.in.l.cú falsa,post mediú,C.de iur.& fact.ignor.

42 ¶ Quibus demum etiam accedit, quòd quando gratia nulla est ipso iure,datio exequutoris, & eorum iurisdictio,ipso quoq; iure nulla,& inutilis est.per selectissimum ad hoc tex.in. c. constitutus.de rescrip. quòd habet irritum decernendum esse,quid quid factum est, per literas exequutorias gratiæ subreptitiæ: à Martino Nauarro citatum,in. Repetitio. cap. cum contingat in prima nullitatis causa, de rescrip.vbi citat textum, quem dicit esse fere similem in. c. ad audientiam.eod,titul. & adducit. cap.si super gratia,de offi. delegat.lib. 6. prout ipse, ibi inducit.

EX.8.FVNDAMENTO sequenti,

¶ *Possessio vbi non est, spoliatio contingere non potest.num.1.*

Possessio,& spoliatio,in causa spolij probanda.num.2.

Priuatio præsupponit habitum,ibidem.

Seruitus non imponitur prædio, quod non est,ibidem.

Nullum rumpi non dicitur,ibidem.

Possessorum mentio, intelligitur de iustis possessoribus, & non de illis, qui in iuste possident.num.3.

Possessionis appellatione,in dubio,de ciuili,& naturali intelligitur.nú.4.& seq.

Princeps confirmando possessionem, intelligitur confirmare iustam.num.5. & de intellectu legis Tolet.agitur.

Statutum loquens,seu lex,in fauorem possessorum, non intelligitur de possessore alienæ possessionis, sed tantum de legitimo possessore.numer.6.

Spolianti violenter alium, possessio confirmari non potest.num.7.

Spoliati laici iure percipiendi decimas, & interdicto, recuperandæ agentes,ante omnia restituendi non sunt.num.8. cótra Bartholom.Brixiensem,ibidem.

Tituli ius,cum his quæ à Romano pontifice requiruntur in. c. 1. de præscriptio. lib.6.ad præscribédum necessarium est: si præsumptio iuris cómunis contra prescribentem adsit.num.9.

Possessionem nullus habet ciuilem, nisi ei correspondeat dominium.num.10.

Possessorium omne, correspondés habere debet petitorium.num.11. & tunc dicitur correspondens,quando vnum ex altero fit,vel ordinatur ab ipso.ibidem.

Iudicis autoritas, non rite procedentis, non constituit quem verum possessorem. numer.12.

Possessionem,vt quis consequatur,requi-

 ritur

ritur iudicis præceptum validũ.num. 13. quãdo ministerio opus est iudicis:ibidẽ.

Spoliato de facto,licitum etiam post decennium est,& quando facultas se obtulerit recuperare.num.14.

Autoritate propria,tolli potest,quòd de facto fit,in re mea, à me possessa, per quòd mea inquietatur possessio.num.15.

Spoliatus de facto experiri potest, semper remedio possessionis recuperandæ, de iure,vel via facti,pro occupatis per spoliantem.num.16.

Regulam,vim vi repellendam,in continẽti,intelligendam esse nisi contra potentem:contra quem satis dicitur in continenti,si post decẽnium fiat, aut alio quo congrue fieri posit tempore,ibidem.

Possessio ciuilis spoliati,semper turbatur per retentionem possessionis naturalis, illiq; continuo fit iniuria,ideoq; quandocunq; propulsari potest: & in cõtinenti hoc dici,cum semper in actu turbandi, pars sit aduersa.num.17.

Possessione deiecto,licet quãdocunq;, & semper iniustum deiectorem inquietare, nec tenetur,vti possidetis interdicto.numer.18.

Possessionem non videtur adeptus, qui eam retinere non posit.num.19.

Esse cuiusquàm perfecte nõ videtur,quòd ex causa ei auferri potest,ibidem.

Possessio non intelligitur tradita,quæ iure auocari potest.num.20.

1 OCTAuũ fundamentũ principale, ex præcedenti capite (quòd virtute dictarum sententiarum possessio aliqua, quæ iuridica sit censenda præfatis communitabus attributa non fuerit,) in promptu est,siquidem cõtingere spoliatio nõ possit,vbi possessio non sit: & cum hucusq; nõ fuerint in possessione dictæ terræ legitima:dici potest minime quòd super eius possessione sequuta fuerit eis turbatio: vt Mathe.de Afflict.eleganter tradit,in decis.Neapol.85.incipiẽ.diu est.num.2.

2 ¶Duo enim in causa spolij probanda sunt,possessio scilicet,& spoliatio.c.consultationibus de offi.delega.leg. siquis ad se fundum, C. ad leg.Iul. de vi publi. bona est glo.in.l.1.§. interdum, ff.de vi, & vi armat. tradit Panor.in.c.olim.1.(vbi glo. verbo restitutionẽ.) de restit. spoliat. & in.c.cum ad sedem,eod. titul. Ludoui.de Gozadin. in consil. 99.incipien.in hac causa possessoria.1.colum.num. 5. & priuatio præsupponit habitum, secũdum Philosophum. Sic prædio, quòd non est,nõ imponitur seruitus.l. 1.ff.commu. prædio, & quòd nullum est,rumpi non dicitur.l.nã & si,ff.de in ius. rupt. irrit. q; fac.testam.l. qui binos, ff.de vsu fruc.

3 ¶Et facit,quia quando fit mẽtio de possessoribus,intelligitur de illis,qui iuste possederũt, nõ de ijs,qui iniuste:secũdum Bal. in.l.1.num.1.C.commun. de vsu capio,docentem quòd quando

ver

verbum possessio, à lege profertur, intelligitur de possessione ciuili, idest, iusta: leg. 3. §. ex cōtrario, versic. Trebatius, & ibi vterq; Imola, ff. de acquiren. possessio. scribentes præcipue moderni, in c. causam, de præscriptio. Barto. in leg. naturaliter, §. nihil cōmune, ff. de acqui. pos. & Roma. 1. d. l. 3. §. ex pluribus, ff. eod. Ioan. de Imol. in l. stipulatio ista §. hæc quoq;, (vbi bonus est tex.) ff. de verbo. obligat.

4 ¶ Et, in dubio, possessionis appellatione, de ciuili, & naturali intelligi, idem Baldus scribit, in leg. sciendum. §. 1. & 2. ff. qui satisd. cogan.

5 ¶ Ita princeps confirmādo possessionem, intelligitur confirmare iustam, teste Ludo. Romano, in leg. iuste possidet, ff. de acquiren. posse. ac explicat Mathe. de Afflictis, in decisio. 403. incipien. Catholica Maiestas: 9. col. num. 15. in paruis, quia nō præsumitur in dubio Princeps, in iustis, velle possessoribus fauere: nec autoritatem præstare: vt innuit tex. leg. autoritatem & ibi not. glo. C. vnd. vi, cū pluribus simil. per Felin. congestis, in c. postulasti, 19. colū. versic. circa quartū, d̄ rescript. & per Barba. in rep. rubri. de testamē. 21. col. ¶ Et lex ipsa Tolet. quæ indefinite, & generaliter fauet possessoribus, nō debet intelligi de intrusis, & iniustis: sed de legitimis possessoribus. vt est tex. notabil. in. c. placuit, 16. quæs. 6. sicut videmus etiam, quòd iura loquentia de cōsuetudine, nō intelligū tur de consuetudine exorbitanti, & iniqua, sed de rationabili præscripta. c. cumana, cū vulg. de electio. sic & iura loquentia de remissione homicidis facienda, non obtinent, locum vt habent, in homicidis proditoribus cum homicidiū hoc, exorbitās sit. c. 1. de homicid. lib. 6. & illegitimus possessor à lege improbus iudicatur, cuius etiam possessio, à iure damnatur. l. improba, C. de acquir. posses. nec huiusmodi debet possessorem tueri, vt not. Andre. de ysern. in tit. quæ sint Regal. ver. extra ordinaria. Nec est verisimile, ipsos Reges præfatæ legis conditores, de tali possessore intellexisse, & quòd voluerint homines, pœna dignos, fauoribus prosequi. cōtra leg. cōgruit, ff. d̄ offic. præsid. & c. irrefragabili, §. excessus, de off. ordin. nec quòd exclusio, quā ipsa lex prætendit, fiat per occupationem, & vsurpationem, argumē. l. famosi, ff. ad leg. Iul. Maies. Sed eius dispositio, in quantum fieri potest, conformari debet iuri cōmuni: argumen. c. causam, de rescript. & c. c. ū dilectus de consuetud. quo aliquod præscribendi, seu excipiendi ius nō acquiritur, quādo in ipso ingressu, vitium est reale, vel personale. quòd impedit inchoari, & finire præscriptionem. l. sequitur §. quòd autem, ff. de vsu capio. §. furtiuæ, instit. eod. Nec lex vlla

aut statutū eū potest sensum recipere, vt per illum credatur cō ditor spoliatores in sua occupatione tueri, & eiectos, ac spoliatos, à restitutione excludere, vt dicit tex. & glo. notabil. in. leg. si qua loca, C. de fund. & saltib. rei domi, lib. 11. & in. d. l. autoritatē, & tradit Alexand. in consil. 59. incipien. viso instrumēto. 4. col. vol. 1. nullaq; ipsis Regibus iniuria fit, si ita interpretetur eorum dispositio, vt per hoc eos bonos & iustos principes æstimemus, & opinemur, vt dicit idem Alexand. cōsil. 123. incipiē. scripsit ecclesiasticus. col. pen. vol. 4. ex hoc inferēs, quòd dispositio generalis facta per Principem, nō intelligitur in dubio fauere vsurpatoribus, per iura superius allegata: quia hoc esset arguere tyrannidem in principe. Sed & Papa in odium spoliātium exci pit eos, à generali dispositione priuilegiatiue, vt patet in Clemen. 1. de cauf. poss. & proprie. eodemq; modo, nostro in themate dicendū est, quòd lex hæc nostra Tolet. indefinite loquēs intelligi, & restringi debeat, vt tātū de possessoribus iuxta eius (vt prædiximus) normam loquatur, qui sine alterius iniuria, vel vsurpatione possessionem sunt consequuti, nō autem spoliādo: vt sic talem præsumamus mentem illorum Regum ipsius conditorum fuisse, qualem legis, & boni Principis debet esse. alioqui si contrarium diceremus, lex talia disponens iniusta esset, peccati nutritiua, & contra na turam legis, de qua in. c. erit autem lex. 4. dist. & in. l. conuenire, ff. de pact. dotal. l. pacta quæ contra, C. de pact. & talis lex nō valeret: vt tradit Bald. in. c. quæ in ecclesiarum, & Hostien. in. c. cognoscentes, de constitutio. facit tex. in. c. forus de verbo. signif. & tradit Andre. Barba. in c. filius, in. 3. col. de testamen. debet enim esse iusta, & nemini in iuriam inferens, vt docent omnes in. l. humanum, per illum tex C. de legib. sed & omnium legū inanis est censura, nisi Diuinæ legis imaginem gerat: vt inquit Augustin. lib. 8. de ciuit. Dei, & in. c. sana. 9. distin. Nam lex tan tum habet rationis, & virtutis, quantum magis assimilatur legi naturali, & participat de lege æterna: secūd. Thom. 1. 2. quæst 90. art. 1. & 2. debet enim iudicium esse Regis, conforme iudi cio diuino. c. Deus omnipotēs. 2. q. 1, & exclamat Isaias. 10. cap. contra Principes legis iniquas ferētes, & lex inuitans homines ad delinquendum, imo vsurpatores præmians, & defendens, cuiusmodi videretur lex ista Tolet. si aliter intelligeretur (& prout ipsa Hispalen. ciuitas, ac eius aduocati, Vtrariensisq; communitas insinuant, & iactitant, ac passim defendunt) non diceretur lex, sed legis corruptio, quæ contra venientes non ligat: vt tradit Innocen. in c, quia

c, quia plerique, de immunit. ecclesi. licitumque esset legem ita latam circumuenire fraudibus, & dolis, vt not. Bald. Paul. de Cast. & moder. in leg. 1. in prin. per illum tex. C. de caduc. tollē. facit tex. in c. duæ sunt leges. 19. quæst. 2. lex demum, adeo exosos spoliatores habet, vt noluerit eos tueri in possessione sua, etiam per exceptionem veri, & propij dominij. c. 1. de rest. spoliat. & est communis opinio, vt scribit Decius in consil. 57. incipien. & pro tenui facultate mea (& dicemus infra in fundamēt. seq.) quòd, & in facto nostro maiori ex ratione dicendum videtur, ne inde nascantur iniuriæ, vnde iura nascuntur cōtra. c. qualiter, de accus. & l. meminerint. C. vnde vi.

7 ¶Sic Matheus d'Afflict. (plura citādo) in c. 1. in prin. per quos fiat inuestit. scribit, ei qui spoliauit violēter, & iniuste aliū, possessionē cōfirmare, nō posse: offenderetur enim aliter veritas, & iustitia quæ volunt iniustis, & illegitimis possessoribus restitutionem possessionis non fieri ab eo, qui iustus possessor fuit titulatus, & ab actore in sua possione turbatus, c. licet causam de probatio. l. si duo, & ibi Bart. ff. vti possid.

8 ¶Nec obstat quòd ab eisdē aduocatis obijcitur, nostrum Hieronymum nudum esse detentatorem, ideoque spoliatum, restituendum non fore: agereque de spolio minime posse, vt notatur, in c. consultationibus, de offi deleg. & declarant Alexan. & moder. in leg. 1. col. 16. numer. 66. ff. de acqui. poss. & Ioan. Andre. in additio. ad specul. in tit. de restit. spoliat. Anton. & Abb. Panor. in c. si diligenti col. pen. de præscriptio. Felin. in c. ad petitionem, de accusa. num. 17. & Alexan. in d. l. naturaliter, §. nihil commune. 7. fallen. ff. de acqui. poss. negant laicos iure percipiendi decimas, spoliatos, & interdicto recuperandæ agentes, ante omnia esse restituendos, nisi probauerint, id ius vere ad eos pertinere, vel ex priuilegio Romani Pontificis, vel, ex concessione feudali, ante Lateranense concilium, quia iuris communis præsumptio, hoc iniure aduersatur. c. ad decimas, de restit. spoliato. lib. 6. dummodo ea reo palam suffraguetur, non aliās secund. glo. Ioan. Andre. Ioā. Monach. & Domini. in d. c. ad decimas, Iason. post alios. nū. 47. & Ioan. Francis. à Rip. num. 77. in. d. §. nihil commune, quorum opinio magis communis est, sicuti eam sequutus asserit Martin. Azpilcuet. in repet. c. accepta de restit. spoliat. oppos. 10. num. 21. & in praxi obtineret: quicquid, Barthol. Brixiē. in glo. 14. quæst. 1. c. 1. existimet laicos, iure percipiendi decimas spoliatos, ante omnia esse restituēdos. Cuius opinionem in praxi, apud

Gallos seruari.(eam sequutus) Guido Papæ refert. in quæst. 288.quæ iure nõ subsistit,siqui dem laicus incapax sit possessio nis, vel quasi huius iuris, quòd petit sibi restitui interdicto vnde vi, nec tantum habet contra se præsumptionem iuris cõmunis, verum etiam in capacitatẽ possessionis, quam restitui sibi petit,vt nouissime Reuerendiss. Dida. à Couarru. præceptor meus cõsiderat, in.c.17.lib.1.varia.resolutio.num.6.versic. ex quibus, pagin.(mihi,) 301. in paruis, scribens tandem quoad petendam restitutionem ex interdicto vnde vi,satis esse præsumptionem iuris reo spolianti non adsistere,licet ea actori contraria sit.

9 ¶ Quamuis ad præscribẽdum si præsumptio iuris communis contra præscribẽtem adsit, nec tamen aduersario suffragetur, necessariũ adhuc esse, ea vt pro cedat præscriptio, tituli ius, cũ his,quæ à Romano Pontifice re quirutur,in.c.1.de præscriptio. in.6. quemadmodum Philip. Franc. & dd. ibi tradiderunt, Anton,& Abb.num.35.& Felin.num.7.in.d.c.si diligenti,re probãtes glo.in.d.c.1.verbo, titulũ,& Imol. eius sequacẽ,in re lect.c. fin.col. 9.de præscriptio.

10 ¶ Vnde Bal.in.c.1.§. marchio, 1.col.num.3.q̃ his qui feud. dar. pos.(allegãdo Andre.de yser.) scribit quòd nullus possessionẽ habet ciuilem, nisi correspondeat ei dominium,vel quasi,vel res à nullo possideatur.

11 ¶ Omne enim possessorium, habere debet correspondens petitorium:ad quòd ordinatur:leg. fin.C.de edict.diu.Adri. tollen. leg.si quis ager.§. 1. & ibi nota. C.de codicil.& tũc dicitur correspondens, quando vnum ex altero fit, vel ordinatur ab pso. quia prædicta obtinerent, verunq; illud obiectum esset, quã do se sine aliquo titulo Hieronymus is intruderet, secus vero ex quo titulum habet,hoc enim casu detentio restituibilis est, ve not.Ludoui. Gomet. in regul. cancel.de annal.posse.quæst.57. in fin.& ita procedit decis.1. de renuntia. in nou. præsertim cum hic agatur de defendendo reo in sua possessione, cui, & si execrabili magis ius commune fauet quam actori.d.c.1.de præscript.lib.6.c.cum inter, de exceptio.execrabileq; spolio posse agere Oldra. asserit in cõsil. 227.incipien.de toto themate. speculat.tit.de posses.& petito. §.fin.Cardi.cõsil. 132. incipien. T. archipræsbyt. col. vltim.& Bal.nouel.in.d.§.nihil commune,25.col.18.fallẽ.sentit Millis, in verbo,beneficium quo quis, & Antõ.in.c.solicite.in pen. q. de restit.spoliat.Præposit. in. c. quo iure.3.col.8.distin.& est de cisio Rot.3.in vltim.additio. de resti.spol.in nou.& in decis.par lamen. Tholosani,decis.46.& Panormi.in.c. in literis,col. pẽnul

nul.d restit.spoliat.etin disputa
tio.incipien. Titius.col.fin. tex.
est optimusin.c.ex insinuatione
de procurat.iura namq; fauora
biliora reis sunt,quã actoribus:
leg.fauorabiliores,ff.d reg. iur.
leg. Arrianus,ff.de actio.& obli
ga.c.cum sint,de reg.iur.in.6.&
fere sub eadem specie Imol.tra
dit in. d. c. in literis,& Felin.in
c.sicut,15.col .de re iudic.vnde,
quælibet etiã in iusta causa ex-
cusat execrabilem reum, & pos
sessorẽ:vt not.Domin.in.c.non
potest,de præbẽ.lib.6.quæ for
te actorẽ non excusaret,& hinc
est, quòd dispensatio inualida
sufficit, ad excusandum execra
bilẽ possessorem, vt scribit Spe
culat.titul.de dispẽsatio.§.vidẽ.
dũ,versic.porro. Sicq; videmus
quòd excõmunicati, vt actores
in iudicio esse nõ possunt, tamẽ
si conueniãtur, vt rei in iudicio
esse poterunt: in quo neq; dia-
bolo erit deneganda defensio,
vt dicit Innocen.in.d.c.cum in-
ter,de exceptio.textus,est sic in
telligendus in.l.4.tit.10. lib. 2.
for,& ita dbet itelligi.l.176.in le
gibus styli,et prosequitur nouis
sime Ludo.Gomet.in regul. de
triennal.possesſ.quæst.10. versic.
& tenendo istam opinionem,cũ
versic.sequen.dicens Rotam mo
dernissime execrabilẽ tuẽdũ,ex
ceptione præcitatæ regulæ con
clusisse,in causa vna Zamoren.
& altera Lucen.in mẽsib. Apri
lis,Maij,& Iunij,an.1539. potis
simumq; nostro in casu præfa-
ta procedunt,in quo Hierony-
mus ipse, eiusq; actores dictas
terras,per triginta annorum,&
plus tẽporis spatiũ pacifice pos
sederãt,& dicetur infra in. 24.
fundamen.circa finem.

12 ¶ Vlterius nostro octauo ad sti
pulatur etiã fundamento,quòd
autoritas prædictorum iudicũ
non rite procedẽtium,dictas cõ
munitates non constituit vere
possidere,ex sententia,Bald. in
cõsil.135.incipiẽt.in causa egre-
gij Medicinæ doctoris,num.2.
vol.2.norabiliter dicentis,quòd
autoritas iudicis non rite proce
dentis,non constituit quem, ve
rum possessorem.d.l.si cũ nulla,
de re iudi.l.1.§.hæc verba.ff. ne
vis fiat ei,ibi. *Proinde si ob falsum creditum,vel ob falsam petitionẽ missus, est in possessionem,vel si exceptione summoueri potuit,nihil ei debet prodesse hoc edictum,quia propter nullam causam in possessionem missus sit.*

¶ Et ideo, hoc casu dominus
qui suam possessionẽ cõtinuat,
spoliare non dicitur immissum
intenutam.d.l.1.§.siquis , ne vis
fiat ei, *Siquis ideo possessionẽ prohibuerit,quia suam putabat,vel sibi obnoxiam. vel certe non esse debitoris , consequens est,vt hoc interdicto non teneatur.*

13 ¶ Nec etiam dicitur possessio-
nem turbare,nam,vt quis conse
quatur possessionem iudicis mi
nisterio,requiritur, quòd decre
tum iudicis valeat: quòd si non
valet,& est immissus de facto,te
nendo,possidere non dicitur,&
spoliatus possessionem habet ci-

uilem.l.clam possidere,§.qui ad nundinas, & in leg.si de co,§. si forte,ff.de acquiren.posse. Bar. in.l.1.§.interdum, ff. vti possid, & in.l.1.C.vnd. vi. & idē quòd Bal. Alexand.voluit in cōsil. 6. incipiē.circa processum.4. col. num.9.vol.3.

14 ¶ Sed & idem Bal.in.l.si à non dominis,num.3,C. de his qui à nō domi.manu,citādo glos.in. c.ius gentiū,1.distinctio.scribit, quòd quādocunq; facultas obtulerit,licitū est sic spoliato,etiā post decennium recuperare:esse q; tenendū menti,quē sequitur Ioan.de Imola in.l.1.§.qui præsens,ff.de verb.obligationib,& ipse Bal.idem voluisse videtur, in rub.de treug.& pace.2.colu. nū.6.& post glosam verbo,cōtinēti.Bar.in.l.3.§.cum igitur,ff. de vi, & vi arma. bona est glo. verbo,cū statim, ita intelligēda in.c.cū olim.1.de restit.spoliato.

15 ¶ Et idem Bart.docet in.l. 1. §. interdictum,ante numer.4. ver sic,præterea illud, ff. vti possidet.illud quòd fit in remea à me possessa,per quòd mea inquieta tur possessio,posse tolli mea autoritate.l.si vitem,§. si ad ianuā, ff.quòd vi aut clam,& in.l. 1. quē admodū,§.1.ff.ad leg.aquil.ibi, *Suo iure posse eum intercidere, & merito,interest enim,quòd hic in suo protexit, ille in alieno fecit.* nam cum iste tur bet me in re mea à me possessa: potero illam turbationem, mea autoritate repellere, & hoc putat ipse Bart. verum,& Iodocus Damhouderius, in suo rerum crimin. Enchiridione. c. 78. num.9.scribit vim patiētem ab altero bonorum causa,defendere se posse,non solum tempore præsenti, sed etiam quocunq; alio opportuno,sequēti ac futuro tempore:etiam viros ex suis subsidiarios assumendo.

16 ¶ Sed,& (quòd plus est) de facto spoliatū experiri posse semper remedio possessionis recuperandæ, de iure, vel facti via pro occupatis per spoliantem. Guiliel.Benedict.nouissime asserit in.3.part.repet. c. Raynutius,de testamen.nuper edita,in tracta. de Ducatu Normaniæ, col.fin.num. 124. folio (mihi) 31.subdens etiā ibi regulā volentē,vim vi repellere in cōtinenti posse, intelligi nisi cōtra poterē cōtra quē satis dicitur in cōtinēti,si post decēnium fiat: aut alio congruo,quo poterit fieri tempore. Secund. Hugurium singulariter in.c.ius naturale.1.dist.

17 ¶ Quorum nempe potissima illa ratio est,etiam ex genuina natura huius termini incontinenti,quā is idem Bar.adducit in.d. §.interdictum,col.1.nu.3. quòd per retentionem illius possessionis naturalis,spoliati ciuilis turbatur possessio,& illi fit iniuria, & merito posse quandocunq; propulsari,& in continenti hoc dici, cum semper spoliatum turbet,ac in actu sit semper turbandi,quem refert,& sequitur Additionator,eiusdem Bart. Alexand.

xand.in.d.§.eũ igitur,ex eo notans,quòd si tu intrasti in possessionē rei immobilis, adeo quód me turbas in ciuili, semper potes expelli,nam semper dicitur in continenti,quia semper mihi iniuriaris , & ideo semper possunt hanc iniuriam repellere. Cui alludit.Bal.loquēs in vi successiua in.leg.vis eius,C.de probat.ante nu.2. & aduertendum esse dicens,quòd in illa lege erat violētia successiua,quæ semper est in actu primo,& influenti,et ideo nimirum,si quandocunq; licet resistere.quia nō est ex interuallo,eo quòd est coniuncta resistentia,cum vi, & possessione. vnde si per vim homo detineretur lōgissimo tempore,quia vis quotidie cōmittitur,et quotidie nascitur,quotidie resisti potest. bonus est tex.in.l.1.§. idem ait, in fin.ff. de vsuf. accrescen.ibi, *quæ sententia vera est,nam quandiu, vel vnus vtitur,potest dici vsum fructum in suo statu esse.*

18 ¶ Præterea de facto deiecto, licet quandocunq;, & semper deiectorem suum inquietare , nec tenetur vti possidetis interdicto vt post glo.in leg.1.ff.vti possid. Bart.constanter affirmat,in leg. 3.§,quòd ait prætor, eod. titul. vbi glos.verbo , non quòd me, idem etiam tenuit.

19 ¶ Quia non videtur is possessionem adeptus , qui ita nactus est,vt eã retinere nō possit. (vt superio.fundamē. deduximus) & est tex.in leg.non videtur. ff. de acqui posse. Nec videtur perfecte cuiusquã esse,quòd ex causa auferri potest.l.omnes,§.1. ff, de regul.iur.

20 ¶ Sic ergo possessio nō intelligitur tradita,quæ iure auocari potest.l.ratio in prin.& ibi Bart.in epitome,ff.đ acti.empt,&.l.3.§. si quis seruũ,ff.đ stat.lib.vbi nō videntur dati nummi qui auelli ei qui accepit possunt , & in.l. qui sic,ff.de solution. *Qui sic soluit vt recuperet,non liberatur:quemadmodũ non alienantur nummi,qui sic dantur , vt recipiantur*, & in.l.cum quis.§.qui hominem,&.l.qui decem.§. fin. & ibi Alberi.ff.eod.tit.solutum non videtur,quòd creditori auferri potest. quas in idcitat Alberi.in.d.l.nō videtur, Nec etiã videtur pretium recepisse , qui alteri tenetur restituere leg.1.C. de vēdi.re.fisca.lib.10.vt et eam Albericus ipse præcitato expēdit loco.

EX.9.FVNDAMENto sequent.

¶ Exequutum plene non dicitur, nisi ciuitas, vel Castrum territorij possessionem de quo in sententia,per impositionem habeat terminorum.num.1.

Ciuitas, vel villa,oppidum,aut castrum, nullum à iure communi territorium habet assignatum,nisi quantum ex Regis priuilegio,seu ex immemoriali consuetudine reperitur assignatum.num.2.

Territorium qui allegat,illud debet probare,ibidem.

Priuilegium terminorum,ad sui validitatem certos debet continere limites, claros,ac designatos.num.3.

9.Partis.2.Fundamentum.

Fines fundorum, vt significentur, ponendi omnino limites, quos idioma Hispanum, mojones appellat. num. 4.

Finis, & terminus. ſynnonima ſunt, & terminus pro fine ponitur, & idem ſignificat. num. 5.

Terminorum continuatio, attento iure cõmuni, & omiſſa prouintiæ conſuetudine recta via, & non indirecta fieri debet. num. 6.

Termini ita clare ponendi ſunt, quód ex ſola oculorum inſpectione viſitatoribus & iudicibus conſtent. in. num. 7.

Iudices proprijs oculis, & ſuis expenſis viſitare terminos, & eorum limites debent. ibidem.

Cap. ſextumpratorum, ſub pragmat. 37. in volum. pragm. citatur, & expenditur. ibidem.

Homines ciuitatis, aut villæ, pro terminorum iure certo, ad eorum defenſionem, armis vti poſſunt. num. 8.

Lex (ita intelligenda) 24. tit. 16. part. 2. expenditur, ibidẽ, dummodo in eorum ſint poſſeßione, ibidem.

Ciuitas, aut concilium, quando eſt in poſſeßione terminorum, poteſt ſine cauſæ cognitione, & ſine iudiciali autoritate vim vi repellendo, etiam in ſuum locum terminos auulſos reponere, & furtiuos, ac male poſitos amouere. nũ. 9.

Ciuitati, aut villæ criminoſum, aut illicitũ non eſt, limites iniuſte poſitos deſtruere, & ſuos vi armata reponere. num. 10.

Sententiæ virtute, appoſiti limites ſi amoueantur, iterum eius exequutio peti cõtra turbantes poteſt: etiam ſi vicini, poſtea nati ſint in populo condemnato: ſiquidem idem ſit concilium. num. 11.

Legis Agrariæ, pœna criminalis, locũ habet contra propellantes terminos. nũ. 12.

Probatio minor ſufficit in delicto, loco in campeſtri cõmiſſo. num. 13.

Iudicis officium etiam conſiſtit in hoc, vt terminos agris affigat. num. 14.

Poßidens aliquas terras intra territoriũ. ſeu terminos ciuitatis, aut oppidi limitatos, ex poſſeſſione non probat dominium: etiam præſumptiue. num. 15.

Ciuitas, aut villa probato priuilegio terminorum limitatiuo, probat dominium terrarũ, tam in toto territorio, quàm in eius qualibet parte, quæ ſunt intra illius limites. num. 16.

Communitas, & domini temporales fundant de iure communi intẽtionem ſuam quoad res ſitas intra limites ſuæ terræ, ibidem, & Regiæ citantur leges.

Poßidens res intra ciuitatis terminos ſitas, cum clãdeſtinus præſumatur, cogitur, intra triginta legis Toletanæ dies, vel ſeptuaginta, qui in Regia dari ſolent inſtructione dies, oſtendere titulum, aut licentiam, ſi tamen non oſtendat poſſeſſio rei occupatæ cum plantis, & ædificijs ipſi vniuerſitati, & concilio traditur, neq; ea, condẽnato diruere, aut ædificiorum ruderia aſportare licet. nũ. 17.

Cõſuetudo vigens in villis, aut locis, quòd terræ montuoſæ, & zerbidæ occupantiũ, per ſolã culturã fiant, valet. nũ. 18.

Lex. 7. tit. 1. part. 1. citatur, & expenditur, ibidem.

Lex Toletana procedit, intelligenda, & practicanda eſt in ſpolio præſumpto, ſiue clamdeſtino, ſiue violentia, per occupationem terrarum, ſeu terminorũ. nũ. 19.

Poſſeſſor, ſiue occupator in caſu legis Tolet. admititur ad probationem dominij, & proprietatis in continenti, etiam ſi agatur interdicto poſſeſſorio. ibidem.

Lex. 27. tit. 2. & lex. 5. tit. 10. part. 3. citãtur, & expenduntur, ibidem.

Cauſa iuſta ſi oſtẽdatur, quare cõciliũ nõ poßideat ſed cõuẽtus, reſtitutio non fit. etiã ſi præſumptũ allegetur ſpoliũ. ibidẽ.

Titulus autem, vel ius certum à conuento probari debet. num. 20.

In spolio, ex violētia adhibita procuratori, vel colono ciuitatis legi Regiæ Toletæ.locus non est.num.21.

Possessor violentus, ante omnia restituere possessionem cogitur, nec si velit docere de titulo etiā in continenti, in odiū violentiæ auditur, ibidem.

Lex final.tit.10.part.7.expenditur, & citatur, ibidem.

Spolians violenter, non auditur super dominij exceptione statim probanda, nec referre potest quæstionē dominij, etiam si agatur petitorio, ibidem.

Violentum aduersus, exclamant omnia iura, & illi omne iuris auxilium auferunt. num.22.

Possessori malæ fidei in odium violēti, rei vendicatio conceditur: & remediū possessorium competit, ibidem.

Concilium spoliatum, etiam violenter restituendum non est, quando notorie constat ante litem motam de defectu proprietatis concilij ex priuilegio, vel simili titulo.num.23.

Lex Toletana, de vniuersitate in spolio præsumpto agente intelligitur: & non quando particularis agit.num.24.

Ius pascendi, seu scindendi ligna, in alieno territorio habēs, si id probare debeat per tres testes probare tenetur: aut adminus per duos excellentes.num.25.

Possidens aliquid intra territorium ciuitatis tuendus est in possessione, & etiam in proprietate, si probat, se, & antecessores illud possedisse, per tantum tēpus, cuius in contrarium memoria nō extat. numer.26.

Ius pascendi in alieno territorio, præscriptione regulariter immemoriali acquiritur.num.27.

Probatio immemorialis temporis, pro veritate habetur, ibidem.

Pasculatio libera, terrarum aratio, vinearum plantatio, & ædificatio. modus quilibet de per se satis significatiuus est possessionis terminorum.num.28.

Probationibus ex semiplenis, ob antiquitatem, alijs etiam stantibus adminiculis obtineri potest: ac ferri seutētia.nu.29.

Probatio qualis qualis, in antiquis sufficit. ibidem.

Probatur dominium in antiquis per famā. nū.30. stantibus alijs adminiculis. ibidē.

Adminicula ob antiquitatem in probandis limitibus, sufficiunt.num.31.

Possidens minori tempore, quam ex immemoriali: tuendus est, non autem spoliandus.num.32.

Termini, & ius pascendi intra territoriū, ciuitatis, aut oppidi, cum titulo habito, à concilijs siue cum titulo hæreditario, vel alijs similibus titulis, per quadraginta annorum spatium præscribi possunt. num.33. nisi intra quadrienium post hāc præscriptionem, concilium populi aduersus eam petat restitutionem in integrū: quæ dāda erit. ibidem, ex Roderico xuarez, idem censente, quando terræ nedū sint plantatæ, sed solum aratæ, ordea, et frumenta fructificantes. quæ omnia ibidem limitantur procedi solum, in terris èxtra dehesas, y exidos, plaça, calle, ò camino.num.34.

Lex.7.tit.29.Part.3.expenditur, & citantur eius verba. ibidem.

Præscriptio centum annorum, non sufficit ad præscribendum defensas publicas quas, atajados, ò dehesas y exidos, vulgus appellat, nec plateas, calles, aut vias.num.35.

Seruitus in bonis mere publicis, perpetua constitui non potest: sed nec pro censu obligari, aut vendi possunt.num.36.

Lex.13.tit.31.part.3.expenditur, & allegatur, ibidem.

Publica, quādo cōstat esse bona, in præscriptibilia sunt in toto, et in parte.num.37.

Publica quando non constat esse bona, & sua

tione, de expressa intelligitur. num. 46.

Licentia si non appareat, ex diuturnitate temporis, nunquàm præsumitur. nũ. 47.

Licentia baronũ, & dominorũ, in eorumdem terris, Regis loco habetur. nũ. 48.

Terrarum domini, in earum proprietate eandem, quam Reges in suo regno intẽtionem fundant, & loco præsidis habentur. num. 49.

Loca iuris gentium ratione publica, in illius dicuntur dominio, cuius est imperium. ibidem.

Lex. 12. tit. 1. part. 2. citatur, & expenditur. ibidem.

Rex non solet, nec potest dare terras nolẽte domino inferiori, in territorio quòd ex priuilegio Regio ei est concessum: cũ deceat esse mansurum, & minutatim reuocari non debeat. ibidem.

Lex. 4. tit. 9. lib. 5. & lex. 2. tit. 3. lib. 7. ordina. Regiar. citantur. ibidem.

Rex, post assignationem terrarum, et terminorum populo factam, ac ab eo acceptatam, non videtur posse illius assignationis terras alteri donare. num. 50.

Regi ex certa scientia scribenti, vt dentur terræ, quamuis iam populo assignatæ sint, derogando legibus, & priuilegijs, obtemperandum est. ibidem.

Regis donatio terrarum populi, alteri facta, propter ipsius populi assensum, & cum ei notificatum sit, non contradictionem, valet: præsertim cum læsione modica. num. 51.

Regis donatio ante assignationem terrarum, (quando de nouo regnum acquiritur) militibus de termino rotundo, vel de aliqua parte terræ facta. valet. nũ. 52.

Lex. 51. tit. 18. part. 3. expenditur, & citatur. ibidem.

Lex. 234. in legib. styli expenditur, & declaratur, & per eam limitatur, & intelligitur. l. 4. tit. 28. parti. 3. ibidem.

Rex ante assignationem, solus dotare potest, omnes ciuitates de tanto, vel quanto territorio. num. 53.

Lex. 2. tit. 1. parti. 2. citatur, & eius verba referuntur. ibidem.

Termini, & montes publici arari possunt Regia præcedente licentia, quam, si populus creuit, & necessaria ei agricultura sit, sine magno pastuum incommodo Rex facile præstat. num. 54.

Lex. 3. tit. 3. lib. 7. ordin. Regiar. expenditur, & declaratur, & eius verba citãtur, ibidem.

Regia ex licentia, agricultura populo concessa, pro vniuscuiusq; indigẽtia vicini est communicanda: ita vt ille communis vsus pauperi sit, vt pauperi, & diuiti, vt diuiti. num. 55.

Lex. 4. tit. 28. part. 3. expenditur, & intelligitur, & eius verba citantur. ibidem.

Terminorum vsus, pro modo debito communicandus est. num. 56.

Terminorum commoditate laici vicini, & clerici, pro rata vti debent. num. 57.

Lex. 49. tit. 7. part. 1. expenditur, & citãtur eius verba. ibidem.

Vsu publico vtẽs taliter quòd aliorũ vicinorum vsum consumit, cogi potest, à iudice pro rata vtatur. num. 58.

Iudicis arbitrio, ne depopuletur pastus, & aliquando ex locorum statutis quantitas gregis moderanda est: neq; ipse dominus quàmuis in loco habitet, excessiuos debet greges habere. num. 59.

Licẽtia arãdi propter vicinorũ vtilitatẽ publicã à Rege datur, etiã si intra illorũ terminorũ limites, incola alterius populi ius vel seruitutẽ habeãt pascẽdi. nũ. 60.

Licẽtia hæc Regia ad seruitia soluẽda, cõcedi solet ad breue tẽpus, decennio minus, & de seruitio in toto territorio Hispalensi, Regi nostro soluẽdo, ibidem, & quòd prædicta procedant si non grauiter ius pascendi lædatur. num. 61.

Temporales cõmuniones, vulgo dictæ: pastos

ſtos communes, ante finitum conuentum tempus diſſolui poſſunt, ſi alter ex populis, in vicinis creuerit, quòd vni, & alteris non ſufficiat. num. 62.

Ius ſcindendi ligna, vel cum animalibus in alieno territorio paſcendi, & ſi inductum conſuetudine, (quæ pactum eſt ciuium,) intelligendum eſt ſi, paſcua ſufficiãt, aliàs, ſi non ſufficiunt, territorij dominus, ad paſcendi conſuetudinem præferendus eſt: & exteri non admitendi. ibidem.

Ius paſcendi in alieno territorio, ex præſcriptione, vel priuilegio competens, intelligitur, ſi ſuperabũdat paſtus. nũ. 63.

Ius hauriẽdi aquam, ſi concedatur, intelligendum eſt, ſi in territorio proprio ſuperabundet, ibidem.

Ius paſcendi, ſeu ſcincendi ligna, in alieno territorio ſemel acquiſitum, inuito eoqui id habet regulariter, mutari non poteſt. numer. 64.

Cõmuni re, ea niſi ad deſtinatũ vſum cum præiudicio tertij, vti non licet. num. 65.

Plebeij homines, in vicinorum præiudiciũ ius paſturãdi ſuo in territorio habentiũ defenſas temporales, quas vulgus, atajados appellat, (vt ex herbæ locatione Regia tributa ſoluantur) facere nõ poſſunt. num. 66.

Plebeij homines, in patritiorum, ſeu nobilium præiudicium, bona publica, ſeu conciliorũ propria, ad Regia tributa ſoluẽda locare, aut cenſuare non poſſunt: aut publicis magiſtratuũ honoribus, ſeu oppidorum regimine nobiles, & patricios priuare. ibidem.

Caput. 102. & 213. comitiorum Vallis oleti, an. 1548. citantur, & expenduntur, ibidem.

Domini, quibus Rex donat, aut concedit villas iam populatas, quantumcunq; in priuilegijs ea ponãtur verba: damos tal villa, con todos ſus terminos, aguas ſtantes, y manantes: y con la iuriſdiction ciuil y criminal: mero y mixto imperio, illarum villarũ terminos diuidere nõ poſſunt: nec edificare, aut edifitia quælibet in eis inuito concilio facere. num. 67.

Lex. 3. tit. 3. lib. 7. ordin. Regia, expẽditur & citatur, ibidem, eius verba.

Domini, quibus rex ſic concedit villas populatas herbarum, fundorum, defenſas facere non poſſunt. num. 68.

Lex. 23. titul. 32. part. 3. adducitur, & eius verba conſiderantur, ibidem.

Domini vaſſalorũ, inuitis ſubditis defenſas facere non poſſunt, & de pragmatica Granatenſi, ibidem.

Rex, ſine populi habitatorum cõſenſu, paſſim, & indiſtinctè, defenſas fundorum facere non debet. num. 69.

Regi non expedit, quæ communia ſunt, ſine cauſa publica prohibere, ſicuti & rẽ priuatam, ibidem.

Conſenſus omnium, qui ius habent in termino, requiritur ad faciendas defenſas illorũ: qua autoritate probantur iudicum (qui dicuntur Alcaldes de meſtas, y cañadas) qui in vim pacti valet. num. 70. & cõſentiẽtes ligantur, ibidẽ. nõ autẽ eorũ poſteri, ſi hæredes nõ ſũt. nũ. 71.

Iuri ſuo, & facultati propriæ quilibet poteſt renuntiare, ibidem. num. 70.

Termini ciuitatis, in eandẽ omnium ſunt communem vtilitatem. num. 72.

Lex. 4. & . 9. tit. 28. part. 3. expẽdutur, & explicatur, ibidem.

Terminos in ſucceſſorum præiudicium oppidani alienare non poſſunt, ibidem.

Termini populorum, eorum vicinis omnibus non conſentientibus, in particulariũ vtilitatem occupari nõ debẽt. num. 73.

Concilium, fundorum herbas priuatorũ, locare non poteſt. num. 74.

Domini villarũ iam populatarũ noui, earũ terminos diuidere non poſſunt. num. 75.

Opinio Roderici Suarez refellitur, ſed ſal-

na-

uatur, ibidem.

In territorij concessione alicui domino vel baroni facta, nullo modo venit, quòd particulares vicini, & concilium, vt propriũ eo in tẽpore possidebãt.nu.76.

Rex, villas, aut ciuitates, cum suis terminis, montibus, & aquis concedendo tantummodo concedere videtur iurisdictionem: circa quam intra eas, & earũ territorium dominus, (cui cõceduntur) ille suam intentionem habebit fundatam num.77.

Vassallis iure communi assistente, contra dominos in suo possessorio interim tueri debent.num.78.

Consuetudo ciuium antiqua, in agricultura, seu scindendis lignis, vel diuidendis aquis, dissentientibus hominibus, communionem terminorum habentibus, seruanda est.num.79.

Mutanda non sunt, quæ certam habuerũt interpretationem, quando de legis, & contractus interpretatione agitur. numer.80.

Consuetudo in communi hospitio locari solito, seruanda est.num.81.

Consuetudine cessante, ea in quæstione, magis vtrum ipsi populo vtilis fuerit vnus vsus, quàm alius, adeundus est Rex.num.82.

Lex.1.tit.11.part.2.expenditur, & citatur, ibidem.

Diuisio aquarum, arbitrio Regis statuitur, ibidem.

Exceptio declinatoria, in terminorum causa, contra correctorem, extra territoriũ de ea cognoscentem, apponi cum soleat. concilio valde conducit iudex vt Regius specialis, qui de ea cognoscat impetretur, vel senatores Chancellariarum Regalium adeantur.num.83.

Causæ per modum potest semper de incidenti terminorum possessione, in causa criminaliter intentata, super interdicto vti possidetis, pronuntiari.num.84.

Incidens ex eodem facto oritur, ob idq; facilius procedit pronuntiatio.num.85.

Sẽtentiam exequendi in materia terminorũ praxim, Felin.tradit.num.86.

Terminorũ præscriptio, cõtra cõciliũ non currit. quando dominus loci, petere quod vsurpatum est prohibet.num.87.quòd limitatur.num.seq.88.

Lex.10.tit.29.part.2.citatur, & quomodo sit intelligenda, vtrobiq;.

Paria sunt, quem, non esse impeditum: vel posse impedimentum tollere.num.89.

Posse videtur, qui potest facere vt possit ibidem.

Impedimentum non sufficit allegare: nisi probetur quòd fuit causa immediata quare nõ egit, probãdo diligẽtiã adhibitam. num.90.

Probare non sufficit, quòd fuerit vis fluminis, nisi probetur, quod eo tempore tu citatus recesseras, & perueneris ad flumen transeundi causa.num.91.

Præscriptio excõmunicato currit, quamuis agere nõ potuerit, si petere absolutionem potuit & nõ curauit.num.92

Impedimentum habenti implere intra terminum præstitum per tertium, ad quòd tollendum potest impeditus sibi prouidere per additionem ad superiorem: nõ suffragatur impedito, non adeunti.nũ. 93.

Mulieri, viro ad inopiam vergẽte, currit præscriptio.num.94.

Lex.59.Tauri, intelligitur, et explicatur. ibidem.

Mulieri, quæ absente marito, à iudice licẽtiã, ad agẽdũ potuit obtinere, si nõ petat & agat, currit præscriptio, ibidem.

Authẽ.nisi tricenale, C.de bõ.mater.limitatur, & intelligitur, vt nõ procedat in rebus in quibus patri vsusfructus nõ quæritur, cũ in his filius familias possit agere, & cogere patrẽ consentire.num.95.

Excusat minime si dicat se nõ postulasse q̃ d supe-

superiore non impetrat, quòd facile solet obtineri. num. 96.

Impedimentum perseuerare, & quòd protestetur oportet, quando superiorem qui non recognoscit, terminos occupatos, petere impediret. num. 97.

Pœna criminalis, contra occupantes terminos imposita non reperitur, nec imponi debet. num. 98.

Pœna occupantis callem, viam, aut alium loci exitum, ex iure fori, & ordina. Regia. ibidem.

Lex. 1. & 3. titul. 6. for. leg. lib. 4. & lex 32. titul. final. lib. 8. ordina. Regia, expẽduntur, & citantur, ibidem.

Occupantes vias, de iure communi extra ordinem puniũtur. num. 99. iure partitarum sola demolitio sufficit.

Ius in alieno territorio piscandi, qualiter acquiratur, & an pars ad piscandum fluminis; & ius venandi possit præscribi, & cuius sint ripæ fluminũ: quæ vel fluminis dicatur ripa: remissiuè. numerabo.



ONO Principaliter, istamea opinio, & prædicta eo maxime meo genio procedũt, quód nõ liquido appareat, ciuitatem Hispalẽsem, ac Vtrariensem communitatem fuisse in possessione dictæ partis terræ, quódq; præfatæ 3 sententiæ, fuerint plene exequutæ: ex quo termini illo in territorio non fuerunt appositi.

1 ¶ Et plene exequutum non dicatur, nisi ciuitas, castrum, vel villa possessionem territorij (de quo in sententia) per impositionem habeat terminorum, vt notat singulariter Bal. in leg. venditor, §. peruenisse, ff. de hæredit. vel actio. vendit. à Petro Nunio de Auendaño relatus, & sequutus in. c. 4. part. 1. num. 39. de exequẽd. Princip. mand.

2 ¶ Nam cum ciuitas, villa, oppidum, aut castrum nullum à iure cõmuni territorium habeat assignatum, nisi quantum ex Regis priuilegio, seu ex immemoriali consuetudine reperiatur assignatum, & cum hoc in facto consistat, nullo modoq; nisi probetur, præsumatur: sententia singulari Innocentij, in. c. cum ad sedem, de restit. spoliat. quem sequitur Bal. in. leg. 1. num. 12. C. de emãcip. libero. & Ancharra. in consil. 142. incipien. clarior & breuior, 1. col. versic. ex quibus, & notat Roderi. Suarez in allegat. 7. versic. optime, & qui allegat territoriũ, illud debeat, probare, vt notat Bal. in. leg. 1 §. in initio, ff. de offi. præfec. vrb. col. 2. præfatas communitates locum illud sic huiusmodi limitibus assignatis, designatum habere oportuerat: vt scribit idẽ Bald. in. c. auditis. 2. col. num. 2. de præscriptio.

3 ¶ Sicuti, & in priuilegio terminorum videmus, quód necessario debet, ad sui validitatem certos continere limites, claros, ac def-

designatos .l.2.versic. *E si fuere Donadio de heredamiento.* tit.18. part.3. Et not. Bald. (sic intelligendus) in.l.1.C.fin. regund. dicens stãdũ priuilegijs Papæ, si designat fines antiquos, vel maiores, aut minores: quos tamẽ apud nos, hodie solus Rex, & non alius assignare potest.l.2.tit.1.par.2. quòd enim intra limites positum est, sic retinetur, & demonstratur.l.in finalibus, ff.fini.regund.& not.idem Bal.in rubri.C.de cõtrahe.empt.quæst. 22.& loquẽdo de finibus Castrorum, Innocen.ipse Bal.& Felin.in c.cum causam, de proba.

4 ¶ Ideo, ad significandum fundorum fines ponendos fore omnino limites, (idioma Hispanum mojones appellat) singularis decernit lex finalis, tit.15. part. 6. & notat Angel.in.l.1.§.cloacæ, ff. de cloacis, & tradit Philip. Corne.in consil. 158. incipien.viso puncto, volum.1.

5 ¶ Et finis, & terminus, synnõnima sunt, ac terminus pro finire ponitur: ac idem significat quòd finis: vt probatur in.l.eos, ff.fini.regundo. vbi in princip.litter.nominat terminos, & in fine, nominat fines, sic glo. verbo, termino iuncta textui.§.his omnibus, in authen.de hæred.& falcid.exponit, termino, idest fine: quòd & etymologia docet vocabuli, siquidẽ terminus, á verbo deriuetur, termino, & terminari ponatur pro finire.c.1.in fin. de eo qui mitti. in posse.lib.6.& c.pen.de arbit. ibi, *diffiniendo terminarum.* l.3.C.fini.regundo.ibi, *litigium terminetur,* & nõ solum in terra, sed & in mari quo que termini habentur, teste Bald. in.l.pen. C.de instit.& substit. & in rubri.ff.de rer.diuis.3.col.

6 ¶ Quorum continuatio, attento iure communi, & omissa prouinciæ consuetudine, fieri debet recta via, & non indirecta.l.adeo.§.insula, ff.de acquir. re. dom. et quo concordat lex, 26.tit. 28, part. 3. & tradit Socin.in consil.181.incipien.visis capitulis transactionis, col.fin.num.4.versic.circa tertiã dubitationem, vol.2.

7 ¶ Et tum per mõtes, aut lapides, terminorum hi limites, seu ex vallibus, vel fluminibus soleant apparere: vt innuit Ioan. Andre. in d.c.cum causam, de proba. necessariũ est, ita clare ponatur, quòd ex sola oculorũ inspectione (quæ notoria solet probatio esse, omne que genus probationis superat. l. si irruptione, §.ad officium, ff.fini. regund.glo.fin.in.l.satis, ff. de in ius vocan.glo.in.c.inter memoratos, 16. quæs. 1.) ipsis visitatoribus, ac iudicibus constet. qui proprijs oculis visitare terminos, & limites suos proprijs expensis debent.c.6.corrector. sub pragma. 57.ex Fernãdo, & Elisabe catholicis regibus, in vol. Pragmati.fol. 59. & docet paulo ante citatus Pet. Nunius, (in materia videndus,) in .d.c.4.numer.33.cum sequentib.

8 ¶ Quòd que illius ciuitatis, aut villæ homines, possint terminos suos liquidos, & certos defendere, quibus

bus pro illorum iure certo posse etiam ad defensionem armis vti, Stephan. Bertrand. respondet, in consil. 61. incipien. viso processu causæ, num. 5. vol. 1. & notat Stephan. Aufrer. in clemẽ. 1. de offi. ordin. versic. 15. num. 23. & Bartho. á Chassen. in consuetud. Burgun. rubri. 13. §. 5. versic. aduerte quòd etiam. fol. 372. dicens, quòd hac manu armata vtũtur Itali, et maxime pede montani, pro pascuis eorum cõseruãdis, quos, (subiungit) multoties, se vidisse armatos, & congregatos pro talibus iuribus conseruandis: bonus est tex. & ibi not. Bart. in. l. 3. §. 1. ff. de acqui. re. domin. innuens, quòd quilibet potest prohibere extraneos, in suum territorium, ne sibi aut suis præiudicium pareter in pascuis, vel ne moribus, facit. l. diuus, ff. de seruit. rusti. prædio. l. per agrum. C. de seruitu. §. feræ, versic. plane, insti. de re. diuis. c. 1. dist. 1. & quòd Bal. not. in. c. 1. de form. fidelit. & in authen. habita. C. ne fil. pro pat. quòd domini terrarum, vẽturis in suum territoriũ, possunt interdicere ingressum, argum. d. l. diuus, & . l. hæres, ff. de vsu fru. lega. & . l. sicuti, §. Aristo, ff. si seruit. vendi. oportet tamen, ante dicta vt obtineant, in terminorum sint possessione, (quam dũ sic loquor præsuppono) quia, & si termini proprij sint, eos tamen ciuitas, villa illa aut oppidum nõ possideat, sed alius, non licet, propria autoritate, terminos occupare: vt notat Bart. in. l. de pupillo, § si quis ipsi prætori, 14. quæst. & melius, in. l. 1. in prin. quæst. 7. nu. 15. ff. de no. oper. nuntia. quem sequitur Alexand. in eiusdem Bar. additionibus, in. l. 1. §. & parui refert, in. 1. addit. ff. quòd vi aut clam. & Augustin. Beroij, in quæstio. 3. numer. 3. & est doctrina Innocen. in. c. venerabili, de censib. & loquendo in defensione iurisdictionis, notat Bal. in sua, ad eundem Innocen. margarita, in parte congregare, & in parte, iudex potest, & in defensione immunitatis ecclesiasticæ, scribit Panor. in. c. 1. de immun. eccles. & facit doctrina Angel. in. l. 1. ff. si quis ius dicẽ. non obtemp. & quòd tradit Bal. in. l. 2. C. de seruit. & aqua. nu. 69. & Lucas d Pen. in. l. 1. C. vt armo. vsus. lib. 11. tex. est in. c. autoritatem, 15. quæst. 6. & plura allegat Iacobus Vaineri, inquiridion. iudi. eccles. singula. 189.

9 ¶ Si tamen in eorum possessione ciuitas, seu concilium sit, potest sine causæ cognitione, ac sine iudiciali autoritate, vim vi etiam repellẽdo, in suum locum terminos auulsos reponere: eiq; licitum est furtiuos, & male positos amouere. l. quemadmodum, §. si protectum, ff. ad leg. acquil. & in. d. l. si vitem, §. si ad ianuam, ff. quòd vi aut clam. & ibi notatur, licitum esse demolire, quòd in solo á nobis possesso, ab alio ædificatur, seu ponitur, & tradunt Ioan. Faber in l. 1. C. de interdic. & Barthol. Cepol. in tract. de seruitut. vrba. prædio. c. de tigno iniũcto, & Oldrad. con-

consil.82.incipien. an fratres, & Paul.in.l.vnic.C.vt nemo priuat.per tex.in.l.fidei cōmissa.§.si quis illicite,ff.delega.3.

10 ¶.Sed,& sua autoritate,limites iniuste positos destruere, suosq; etiam vi armata reponere illicitū, aut criminosum nō est: vt fere in proprio casu Paul.de Castro notat in.l.vnic.C.vt nemi.lic.sin.iudi.se vind.

11 ¶.Imo si virtute sententiæ appositi sint limites,& amoueantur,iterum potest exequutio sententiæ contra turbantes peti,etiam si vicini postea sint nati,in populo cōdemnato,cum idem sit concilium l.proponebatur,ff.de iudic. secundum Innocen.in.c.Abbate sancti Siluani, de verbo. sig. & Anton. Capitum decis.1.

12 ¶.Sed,si cum occupatione terminorum hi amoueantur limites,cōtra propellantes terminos, criminalis pœna legis Agrariæ locum habet. l. 1. &. 2. ff. de termi.mot.de qua Felin.meminit, in c.quia indicante, de præscriptio, & de iure reg. in. l. fin. titul. 14. part.7.

13 ¶.Et cum crimen hoc occultissime,& in locis committi soleat cāpestribus, minor sufficit probatio.ex notatis à Bart. in. l. si quis ex argētarijs.§.an vero,ff.de edē. & Thoma Gramma in vot. 3. incipien,æterni numinis, 2. colu. numer.3.c.Michael, de fil. præsbit.c.veniens.2.de testib. & coniecturas, ac semiplenas probationes,in occultis criminibus pro probatione haberi,notandus insinuat tex.l.4.tit.7.part.5. &.l.8. titul. 14. part. 3. & prædicta maxime locum habent, istis in negotijs causam successiuam habentibus, ex notatis,in.l.inter castellianum,ff. de arbit.& in.l.si in lege,§.Colonus,ff.loca. & per. dd. in.l.permisceri,§.species.ff.de acqui.pos.& in.l. fideiussor, §. fin. ff.delega.1.& post Angel.in.l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. Matthe.de Afflict. scribit in decisio.341. incipiē. lata est sententia,nu.5.

14 ¶.Et officium iudicis, etiam consistit,in hoc,vt terminos agris affigat.l. hæc actio, §. iudici, &. §. si quis irruptione,ff.fini.regund.

15 ¶.Nam possidens aliquas terras intra territoriū,& terminos dessignatos,seu limitatos alicuius ciuitatis,aut oppidi, ex possessione, non probat dominium etiam præsumptiue, vt notat Bart.in. l. si duo,in fin.ff.vti possid. & in. l. nā & si fur,ff.si cert.pet.& in.l.si alienam,ff.solut. mat.

16 ¶.Quia ciuitas, aut villa probato priuilegio terminorum limitatiuo, probat dominium terrarum, tam in toto territorio, quā in qualibet earum parte, quæ sunt intra illius territorij limites, & præsumuntur de illius ciuitatis, aut villæ termino,in toto, & in parte, ad vtendum his, in communem vicinorum eius vtilitatem, ex sententia Ioan.fabri, in. l. cunctos populos.3. col.versic. sed tu potes dicere. C. de sum. trin. &

fid. catho. quã sequitur Chassen. in prælleg. consuetu. Burg. rubri. 9. §. 4. numer. 6. qui bene loquitur à numer. 2. & ante eũ Olдra. in consil. 121. incipien. ad primam quæstionem, & post Bal. in rubri. C. de contrah. emptione quæst. 22. Socin. notat, in consil. 86. incipien. in causa communitatis, 2. colum. numer. 6. vol. 1. & ibi adducit dictum Hostien. in. c. si diligenti, de præscript. dicentis, ibi esse argumentum quòd communitas, & domini temporales fundant intentionem suam, de iure communi, quoad res sitas intra limites suæ terræ, bonus est tex. in l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. præfec. vrbi. facit lex. 9. titul. 14. lib. 3. ordinatio regia. & l. 10. tit. 3. lib. 7. earundem ordinat. & satis probatur, in. l. 4. tit. 28. part. 3.

17 ¶ Ex cuius dispositione, cum populus circa eas à iure communi intentionem suam habeat fundatam, & possidens præsumatur clandestinus, nisi alio titulo, vel præscriptione se tueatur legitima, si res concilij intra territorium reperiatur occupata, & intra triginta dies de quibus in præfata lege Toletana, vel septuaginta, qui in regia dari solent instructione, possessor titulũ, aut licentiã nõ ostẽdat, cogitur rei occupatæ possessionem tradere, ipsi vniuersitati, aut concilio, cum plantis, & ædificijs, nec ea dirue re, vel ædificiorũ ruderia, asportare, tãquam in alieno solo plantata, ædificantibus licet, iudicio Pauli Castrensis. in. l. apud Trebatium, §. aquæ. ff. de aqua pluui. arcen.

18 ¶ Nisi in villis, seu locis ubi viget consuetudo quòd terræ montuosæ, & zerbidæ occupantium per solam culturam fiant: nam consuetudo, vel forum illud seruandum est: vt in. l. 7. titul. 2. part. 1. & in multis Regni Castellæ viget partibus, quòd talis primo has terras, sic occupans faciat proprias in perpetuum, vt in Conchensi, & de Alarcon viget territorio, ac in montanis, & in diuersis huius regni prouintiis, sed & alibi ad vitam tantum, vel ad minus limitatum acquiruntur tempus, quo in casu, cum ius ex consuetudine ad has terras competat, illa ad vnguem seruanda est: ex notatis, in. c. fin. de consuet. & in. d. c. auditis, de præscriptio, & ex his colligitur, quòd de statuto Perusino Ioannes Fracis. de Ripa notat, in. l. 1. rem quæ nobis, ff. de acqui. pos. & Alexan. loquendo in littore maris, in quo fit ædificium, in. l. §. nunc videamus, versicul. sed & istud. ff. de no. oper. nuntia.

19 ¶ Procedit ergo paulo ante citata lex Toletana, sicque intelligenda est, & practicanda in spolio præsumpto, vel clandestino, sine violentia per occupationem terrarum, seu terminorum, & ideo in illius hoc legis casu, occupator, siue possessor admittitur ad probationem dominij, & pro-

prie-

prietatis in continenti, etiam si agatur interdicto possessorio. l. 27.titul.2.&.l.5.titul.10.part. 3. & Petrus Nunius tradit,in.d.c.4 numer.12.à quo si iusta ostendatur causa,quare cõcilium nõ possideat,sed conuentus,etiam si præsumptum allegetur spolium restitutio non fit: vt post Calderin. Ioan.de Imol.scribit,in.c. cum ad sedem, de rest. spolia. à Matthe. de Afflic.cum alijs citati , & sequuti,in decisio. Neapol.392. incipient. Rex Ferdinandus: sicuti etiam in spoliato ecclesiastico beneficio videmus, qui nequaq̃ restituitur:si aduersus eum notorius defectus obijciatur tituli. c. ad decimas,de rest. spoliat. & ibi not. Innocen. & in. c. constitutus, de filijs præsbit. Abb. Panor. & Aretin. in. c. si constiterit,de accusatio. Anto.& Franc. in. c. bonæ,de appel. 7. differentia.præposit. Alexand.in. c. 2. 3. quæs. 1. Ioan.de Imol. & Panor. in.c. in literis, de res. spol. num. 11. & .28.idem Panor. in. c. cum ecclesia Sutrina , columu. 5. de caus. poss.& pro. & Henri.in. c. cum,venissent de institutio. quorum opinionem communem esse Cassador. asserit. in decis.3. titul. de restit. spoliat. qui eam sequitur, & notat Ludoui. Gomet. in regul. de annal. posse.quæst. 58. quibus alludit, quód spoliatus etiam si sit legitimus repelli debet, exceptione notoria de non titulo: vt tradit late Corset. in tract. de rest.spol.in.1.col. post Panor. in. d.c.cum ecclesia.& facit glo.verbo,liberi,in clem.1.de baptis.quæ vult illegitimum non includt, in dispositione legali, quantum ad commodum, eo quòd præsumptio sit contra eum, vt not. Rot. decis.13.de prob. in antiq. &. 2. eod.titul.in antiquior. Nec obstat tex.in.d. c. in literis, de res. spol. qui non procedit,quando in iudicio constaret spoliatum esse prædonem: tunc enim restitutio omnino denegatur: secund. Inno. & Imol.ibi aduersus Panor. Sic,& in ceteris rebus temporalibus, quarum rerum spoliatus petit restitutio est deneganda: si constet notorie in iudicio, spoliantem ius habere,ad spoliatum vero non pertinere: secund.eund.Imol. in. d. c. in literis,post Anto.&Panor.ibi, col.4.glo.& communem, in. d.c. ad decimas, & Couarruu. in. 2. part. super. 4. decret. c.7. §.5.numero.10.

20 ¶ Titulus autem vel ius á conuẽto probari debet certum (vt ex ipsius patet legis Tolet. verbis. *Muestre el titulo, o derecho que tiene.*) nec antiquiorem allegare possessionẽ sufficit:nã probata, (quód contra concilium difficilimũ est) non vero minus ob id restituetur possessio concilio, siquidem ab eo probato quòd res intra suum territorium sit sita, dominiũ, & possessio probetur: & hac ex ansa obtinere debeat: vt not. Oldra. consil.274.incip. ĩ causa quæritur. 1. col. ante num.3.& Bal.in.l.3. in fine.C.si á non compet. iudi.

21 ¶Si autem de spolio cõstaret ex violentia adhibita procuratori, (vel colono ciuitatis in bonis quæ locari possũt iuxta leg.sed,& Celsus,ff.de contrah.emptio.) prædictæ legi locus nõ est regiæ,& violentus possessor ante omnia restituere possessionem cogitur, nec si velit docere de titulo etiam, incõtinenti,in odium violentiæ audiatur,ex regula,spoliatus ante omnia est restituendus.l.si quis ad se fundum.C.ad leg. Iul. de vi pub. c.in literis dẽ rest.spolia.plene Nicola. Boer. in decis.238.post Hippol.sing.11.& iure cautum extat regio.l.fin.titul.10.part.7. probato violento spolio cogi quem restituere,nec audiri super dominij exceptione statim probanda,ex ratione.l.si quis emptionis, §. sed, & hæc.C.de præscrip.30.vel.40 anno.quem tex.Bart.ibi dicit ad hoc singul.& Saly.ibi,& Iason,in l.4.§.Cato.10. col. versic. quarta conclusio,ff.de verb.obli.& Bal. Nouel.in reper.§.nihil commune l.naturaliter , ff. de acqui. posse. col.12.dicunt hoc specialiter introductum fuisse,in odium violenti.hocq; etiam casu procedere nõ ambigo Panormitanum,in. c. ex conquæstione,numer. 8. de rest. spolia.per tex.ibi docentem spoliatum etiam post litem contestatam,spolij suam proponere posse exceptionem. quam opinionem Iacob.Put.& Cuman. tenuerunt, in.d.§.nihil commune,&ibi Pau. de Cast.numer.8.dicens, in causa arduissima habuisse hunc casum, & communem esse canonistarũ, Roman. ibi sequatur.nu.16. Ripa num.106.& veriorem Iason. nu. 138. & Hermano.Decius.nu. 101 qui omnes eam sequuntur,contra Bart.in eodem.§.nihil commune, oppositum censentem,in.3.limitatione.4.combinatio.num.24.cuius opinionem,ibi Alex. sequitur num.85.& communem Iason ibi dem fatetur.num.137.& Mermerius.num.168.& Bologni.nu.86. quam,& Rubeus ibidẽ sequitur, nu.315. quibus aduersatur tex. in clem.vnic.de cau.poss. & prop. nec patrocinatur,cap. 1. de resti. spol.siquidem solum hoc probet, agentem interdicto,vnde vi,si cõsentiat excipere spoliatorẽ de dominio,ac eius probationẽ offerri, consensum præstare, vt causa dominij ac proprietatis discutiatur: quòd, & reuerendiss. præceptor meus Dida.à Couarru.probat,in lib.pract.quæst.c.23.num.3. vers. sed tex.ille, vbi Bart. opinionem admodum dubiam,ac deniq; falsam esse arbitratur.sed & Panormitanum moderni sequuntur doctissim. Anton.de Padilla,in.l.error.nu.36.C.de iur. & fact. igno. & Perezius,in.l.1.tit.18.lib.3. ordin.reg.col. 14. versic. præterea, vbi & Gregorium citat.

22 ¶Iura enim omnia contra violentum exclamant , & auferunt illi omne iuris auxilium. Nec, & si generaliter loquatur,spolij violenti casum comprehendũt. ideo & malæ fidei possessori,in odium violenti, reiuendicatio concedi- tur,

tur,& remedium possessorium cō
petit:vt tradit Ludo. Gome.in re
gul.de trien.posse. quæst.11. vers.
circa primum.

23 ¶Quæ sane vera sunt,nisi noto-
rie posset cōstare de defectu pro
prietatis concilij,spoliatum nāq;
hoc in themate restituendum nō
est,dummodo ante litem motam
sit in esse,&de hoc defectu possit
constare: secūdum Panor.&.dd.
in.d.c.in literis, & August. Be-
roi,in decis. 3. & Bocrium in de-
cis.2. nu. 34. & Greg. Lup. in.l.
28.tit.23.part.3.

24 ¶Intelligenda q; etiam ipsa lex
est Toletana de vniuersitate, in
spolio præsumpto agentemam si
alius tertius,seu particularis agat:
cum hoc casu alterius tertij respe
ctu,possessor præsumatur domi-
nus,quantum ad hūc tertiū,pos-
sessionis titulum ostendere nō co
gitur:vt in.l.cogi,C.de acqui. hæ
red.& facit in simili quód notat
Rota,in antiquis decis.40. incip.
nota quód vbi reus.

25 ¶ Sic quoq;, ex præadductis fit
habentem ius pascendi, vel scin-
dendi ligna, in alieno territorio,
(cum ipse habeat contra se præ-
sumptionem iuris,) si vult proba
re contrarium, debere probare
per tres testes idoneos: aut per
duos excellentes:vt not.specul.in
tit.de proba.§.fin.vers.vlt. quem
dicit stupende loquutum Iason,
in.l.sciendum. nu. 10. ff.de verb.
obli.& Chassen.in consuet. Bur-
gun.rubri.11.§.2.num.29.versic.
& ideo aduerte.

26 ¶Possidens tamen aliquid, intra
territorium ciuitatis,tuendus est
in possessione,& etiam in proprie
tate si probat, se & antecessores
illud possedisse per tantum tem-
pus,cuius in cōtrarium memoria
non extat:vti verum esse censens
Pet.Iacob.scribit in pract. tit. de
seruit.pecoris depressi,& seq. Ce
pol. de seruit.aquæ duct.num.39.
Guido Papæ, in decis. 573. An-
cha.in consil. 255.incip. in causa
& quæstione, Decius in consil.
483.inci.pro resolutione.Bertrā.
ī cōs.24.incip.cōspecto processu
causæ:vol.1.Chassen. in eisd. con
sue.Burg.rub.13.§.5.nu.16.&.17
tex.est in.l.hoc iure.§. ductus a-
quæ,ff.de aqua quot.& æsti.l. ser
uitutes,la magna,vbi glo,& com
munis,quam præter alios Balbus
tradit de præscrip.2.par.4.part.
prin.& ante eum idem Cepol.de
serui.vrba.prædio.c.19.

27 ¶Et ita communis procedit opi
nio in praxi admodum recepta,
in supremis huius regni tribu-
nalibus,quam Couarruuias (hac
in materia omnio videndus, qui
etiam de præscriptione vsus fru-
ctus disserit.) resoluit,in.c.17. nu.
11.lib.1.varia resol.& Petrus Nu
nius,in.c.12.nu.10.part.2. de exe
quen.princip.māda. quōd ius pa-
scēdi,in alieno territorio præscri
ptione,in memoriali regulariter
acquiratur, & accipienda lex est
(ita intelligenda.) 6.in fin.tit.31.
part.3. siquidem huius probatio
temporis,pro veritate habeatur,
& hoc modo quis se verum domi

num ac possessorem probet.c.super quibusdam,§.1.de verb.sign. l.1.§.denique. ff.de aqua plu. arcen.tradit glo.in.l.1. C.de seruit. & aqua.Felin.in.c.à nobis,de praescrip. Iason,& Ripa, in l. quominus,num.41.ff. de flumin. sed & possessio in memorialis vim priuilegij habet:vt not. Bertran.in cōsil.89.num.3.vol.3.

28 ¶.Et inter alios probādi modos, pasculatio libera,terrarum aratio vinearum plantatio,& aedificatio (nostro vt ī casu)modus quilibet de per se satis significatiuus est possessionis terminorum : vt not. Bal.in.l.sicut.§.1.ff.quòd cuiusque vniuers.no.à Matthe. de Afflic. (loquente de pastu) citatus, & sequutus,in decis.376.incip.exquo probatum est.nu.5.& Detio omnino vidēdo,in consil. 221. incip. non patitur.col.pen.num.10.

29 ¶.Sed,& ob antiquitatem alijs tamen stantibus adminiculis,etiam ex semiplenis probationibus,obtineri posset,ac ferri sententia teste Cardin.in clemen.1.de proba. & colligitur,ex Felino, in. c. cum causam. numer. 12. de testib. & quòd hoc casu,qualis qualis sufficiat probatio per plura scribit, Socin.in.d.consil. 86. lex est. 29. titul.16.part.3.

30 ¶.Et in antiquis dominium per famam probari notab. tenet glo. verb. committat. l. atqui natura, §.si cum me absente , ff. de nego. gest.singul.secund. Angel.ibi, & in.l.Titius, ff. quib. mod.pig.vel Hip.sol.& post Bart. idem Angel.in.l.quidam in suo,ff.de condi.instit. & ibi quoque. Nicol. de Neapol.qui dicit aliam glo. esse similem,in.l.litibus,C.de agricol. & cens.lib.11.& eam notat Alexan.in consil.4. incip. videtur inspectis,3.col.nu.15.vol.2.& Bertran.in consil.207.incip.in Christi nomine,num 6.&.7.vol.2.vbi adducit Frau. de Aretio, in. c. veniens,1.de testib.col.pen.dicentem quòd in excedentibus hominum memoriam,fama plene probat,& Iason qui eum sequitur . in rep.l.admonendi,ff.de iur. iuran. deducique videtur ex.d.l.29. & dictam glo. And. Tiraq.citat,& commendat,in praefatione de iure primogen. num. 107. & in consuet. Pictau.titul.de praescrip.quae demum stantibus alijs procedit; adminiculis,vt docet Angelus, in dicta lege Titius.Feli.in.c.cum Bertholdus,nu.25.de re iud. & Hippolit. Marsil.in.l.de minore,§.plurimū quoque,nu.60.ff.de quaestio. & in rubri.de probatio. nu. 184.

31 ¶.Sed,& ipsa adminicula, in probandis limitibus sufficere glo.notat in.c.si Papa,de priuileg. lib.6. in verbo,probata.& plura congerit Philip.Detius,in consil.42.incipien. & pro facultate mea , 6. col.num.8.& Socin. in. d. consil. 86.& consil.127.incipien.visis capitulis,vol.1.Felin.in.d.c.de quarta,num.27.de praescriptio.Matthe.de Afflict.in decisio.Neapol. 267.incipien.vidi in consistorio, & melius in decis. 277. incipien. an testes deponentes.

¶.Imo,

32 ¶ Imo, & si minori quis tempore quam ex immemoriali possideat, tuendus est non autẽ spoliãdus: l. quicunq;, §. si fundus, versi. sed si, ff. de vsu fruc. & notat Nicola. Boeri. in decisio. 246. nu. 4.

33 ¶ Et ita fit vt ius pascendi, & termini intra territoriũ ciuitatis, aut oppidi cum titulo habito á concilijs, siue cũ titulo hæreditario, vel alijs similibus titulis, per quadraginta annorum spatium præscribi possint. c. 1. de præscriptio. lib. 6. nisi intra quadriennium post hãc præscriptionem concilium, popu li aduersus eam, in integrum restitutionẽ petat. quæ danda erit: vt vtrũq; Roderi. Suarez (claro ingenio, & multis literis præditus) docet in allegatio. 15. idẽ censens quãdo terræ needum sint plantatæ, sed solum aratæ, ordea, & frumenta fructificãtes: quòd nõ omnino hoc casu pastus cõmoditas, in totũ tollatur, cum post fructuũ horum collectionẽ, naturales fructus pasci possint, quem sequitur præallegatus Petrus Nuniu. in. d. c. 12. num. 28.

34 ¶ Dũmodo dictæ terræ, sic possessæ extra dehesas, vel exidos sint: quòd idẽ Rodericus ipse paulo ante citato loco voluit, ita intelligẽs l. 7. tit. 29. par. 3. sic innuẽtẽ. *Plaça, ni calle, ni camino, ni dehesa, ni exido, ni otro lugar qualquier semejãte destos, que sea vso comunalmẽte del pueblo de alguna ciudad, villa, o castillo, o de otro lugar, no lo puede hõbre ganar por tiẽpo.* Quòd idem iure cõmuni cautũ erat leg. præscriptio, C. de operib. publi. & l. viam, ff. de via publi. l. vsu capionem, & l. fin. ff. de vsu capio.

35 ¶ Ita, vt hoc casu, nec centum annorum sufficiat præscriptio: secũdum glo. notabil. in, l. fin. verbo, centum annorum, in fin. C. de sacro sanc. eccles.

36 ¶ Sed neq; in talibus bonis, seruitus constitui potest perpetua, vt in. l. 13. tit. 31. ead. part. 3. & pro vniuersitatis censu nec vendi, aut obligari possunt. teste Alexãdro, in. l. commodis, ff. de re iudic. Bar. & dd. in. l. 4. in princip. cod. titul. quos citat, & sequitur Robert. Maranta de ordin. iudicio. part. 6. actu. 13. eodemq; volum. numer. 51. versic. duodecimo limita. scribens pro debito vniuersitatis, in vijs publicis, & theatris, & alijs similibus exequutionem fieri non posse, quia ad vsum ciuium, & ipsius vniuersitatis sint: impræscriptibilia quæ sunt needum in toto.

37 ¶ Sed etiam in parte (in qua, & idem ius est. l. quæ de tota. ff. de reiuendi.) quando constat ea esse publica.

38 ¶ Nam si agatur de parte quamuis intra limites hos publicos possessa, non constito quòd sit publicà, aut de eius qualitate, probata immemoriali possessor præsumitur dominus, & quòd illa res possessa semp fuerit priuata, & nõ publica, sicuti Feli. (citãs Paul. de Castro, & alios) notat, in. c. sicut olim de re iudi. & licet præsumeretur esse publica, propter tamẽ diu

turnitatem, & temporis antiquitatem ista cessaret præsumptio, faciliusq; adesset quoad rem illã obtinendam priuilegium; vel legitima concessio, si illa allegaretur præcessisse, quia cum ex priuilegio ista publica priuatis personis possint etiam competere; & eo allegato iuncta dicta diuturnitate statim possessoris præsumatur, (vt supra in. 1. part. fundamento tertio adduximus) dispositio cessat paulo ante citatæ, leg. 7. titul. 29. part. 3. quæ cum in sola præscriptione loquatur, qua talia de perse bona acquiri possunt minime, consequens est ea adhuc stante, virtute priuilegij, aut cõcessionis præsumptæ acquisibilia esse: vt arguit. Ioan. Francisc. à Ripa, in d. l. quominus, num. 41. & 102. ff. de Flumin. & nouissime Gregor. Lup. in glo. eiusdem. leg. 7.

39 ¶ Et ita etiam intelligenda, & practicanda lex est. 23. titul. 32. part. 3. quæ tamen hanc tituli allegationẽ, & ex immemoriali, præsumptionem non excludit; sed meram temporis præscriptionẽ: vt colligitur ex eius hisce verbis. *No se pueda defender razonando, que lo ha ganado por tiempo.* Et docent communiter, dd. in. l. cum de in rem verso, ff. de vsur. & in. l. si filius, C. de peti. hæred. & præallegato lo co notat Ripa.

40 ¶ Si tamen facta occupatione alicuius partis plateæ, exitus, calliũ, aut loci, seu publicarum viarum, ac ex populi querela sibi iam facta restitutione, ipsemet populus non in forma primæua publica, sed in ædificiorum, & plantarum, vt sibi adiudicata sunt retinẽdo, eisdem vt bonis populi particularibus, & non in vsu communi facultatis pristinæ vtatur, per spatium quadraginta annorum præscribet quis ea. tex. est (sic intelligendus,) in. d. l. 7. titul. 29. part. 3. rationem his reddens verbis. *Esto es porque maguer, sean de todos comunalmente, no vsan comunalmente de ellas todos.* Et cum vniuersitati tantum, ac ærario communi bona ista sint commodo: quadraginta ideo annis præscribuntur. mutãt enim naturam primæuam v sus possessionis mutato. d. l. 23. tit. 32. part. 3. ibi. *Deuen vsar dellas, assi como delas otras rentas communales que ouieren.* Vnde cum sic eis vti debeant, ergo & sic præscribi possunt: & cum cesset causa qua sunt impræscriptibilia, priuilegiũ de non præscribendo cessat: vt notant. dd. maxime Zasius, in. l. maritum, ff. sol. matri. & plura effundit Andre. Tiraquel. in libro cessante causa.

41 ¶ Sic, earundem regiarum legum infertur ratione, defensam seu ius pro agriculturæ bestijs, & non pro alijs pascendi, vulgo, *dehesa boyal*, appellatam ab vniuersitate mutatam, & aratam vt fructificet frumenta, & ordea, ad soluenda vectigalia, & seruitia regia, vel similia in redditum populi, seu si ad id quotannis eius vendatur herba, lapso in hoc casu decennio (quo consuetudo, & voluntas

voluntas populi, hoc approbantis colligitur,)posse sicut alia bona quæ in vniuersitatis sunt redditu quadraginta annorum spatio præscribi.

42 ¶ Pariq; etiam forma intelligi, & practicari potest pragmatica, 70.in volu.pragmat.fol.(mihi,) 71.sub Fernando, & Elisabe catholicis regibus, Burgis condita, anno. 1496. circa bona populis restituta,in corundem redditu,& non in communi vsu remanentia, possint, vt præscribi dicto quadraginta annorum spatio,licet in dictis defensis sint plantata, & ita limitatur,lex.3. tit.3. lib. 7. ordinat.regia.disponens omnia plantata vel ædificata,in montibus publicis demolienda esse:vt intelligatur,nisi per quadraginta annorũ spatium cum quolibet titulo sunt possessa:quæ hodie(si rectius perpendatur)lex per præcitatã pragmaticam septuagessimam, innouata est.

43 ¶ Et ita etiam intelligi, & limitari debet pragmatica (sub eisdem regibus) Giennensis,anni. 1489. in eodem volum. pragmat. 71. disponens censum imponendum, in plantatis, *de cinco marauedis por arançada*, vt non procedat, in bonis cum licentia conciliorum datis possessis tamen per plus quam quadraginta tempus annorum. nihilq; tali casu solarij nomine, super eis est imponendum, siquidẽ per quadraginta annos,(vt diximus)terræ plantatæ,& cum titulo possessæ,sine vllo censu,aut solario præscribantur liberæ.& satis ex eadem deducitur pragmatica imponendum solarium inuenite, in huiusmodi bonis plantatis, à viginti annis citra à tempore quo fuit condita.

44 ¶ Quæ per.9.cap.in cõmitijs valli Oleti habitis,anno.1543. sub inuictissimo huius nominis Carolo quinto Cæsare,primo vero Hispaniarũ rege,hodie minus mutatur:cum illud,(ne legum inducatur correctio,& agriculturæ præiudicetur) in agris, & terris heremis,(quas vulgus caluas appellat) procedat,& quarum appellatione,terra vineata, vel plantata non venit.l.nulla,& ibi Bal.& eius additio. C. de acquir. poss. propriusq; hac fere ratione loquatur,quando terræ simpliciter conceduntur in proprietatem illorum,quibus donantur:non vero cum ad hortorum,vel vinearũ seu ædificia ædificandum publica alienantur,& illa iam sunt plãtata, & ædificata. Siquidem hoc casu alienatio teneat, quam sola etiam sine decreto præsidis conciliorum licentia præcessit: vt est tex.(sic intelligendus)in.l.fin. C. de venden.reb. ciuita.lib.11.quibus præfata Giennensis alludit pragmatica, de bonis non solum quæ tunc fuerunt plantata, sed quæ etiam postea à populis ad plantationem concederentur. Sic loquens. *Lo qual mandamos que assi se haga,& cumpla de aqui adelante, en essas dichas ciudades,y villas,y lugares segũ que en esta nuestra carta se cõtiene,*

vnde

vnde cum ex huius pragmaticæ hoc possit fieri permissione, quòd præcesserit regia licētia, & adhuc in corpore iuris inclusa, in promptu est: solummodoq; solarium de quo ibi imponetur.

45 ¶In alijs vero terrarū, seu actionum ad earum terminos alienationibus, populo nunq; (sicut nec minoribus immobilia sine iudicis decreto, vt per totum, ff. d reb. eor.) alienare licet, vt concludit nouissime plures citando Andre. Tiraquel. de vtroq; retract. §. 1. glo. 7. numer. 2. lib. 1. fineRegia expressa præcedente licentia: quam ex quo sic dictum caput nonum requirit, præsumpta nō sufficit: seu quòd à toto populo hæc alienatio fiat. Pragmat. est vallis Oleti. 20. mens. Martij, ann. 1551. ita intelligēda, quicquid doctissimus Petrus Nunius, post Anton. Capitium decisio. 4. numer. 9. voluerit, in. d. c. 12. tit. 21. quos in hoc non probo: maxime hac in materia quæ correctoria est, strictéq; debet intelligi, vt reipublicæ conseruentur bona: ex his quæ tradit Iason, in. l. prætor, ff. de no. oper. nuntia. & Matthe. de Afflict. in decissio. Neapolit. 44. incipien. de tribus.

46 ¶Et appellatione licentiæ, quòd expressa esse debeat, intelligatur, in qualibet dispositione: vt notāt Archidia. & Ioan. Andre. i. c. Ab batem, de electio. lib. 6. quorum opinionem communem esse Antonius Corsetus testatur, in singul. 154. in parte licentia, in fine: & Philip. Decius, in consil. 38. incipien. circa primum, 3. col. num. 4. & additio. Abba. Panor. in. c. licet, de regular. Pet. de Rauen. in suo Alphabet. aureo, in part. autoritas, & Post Bal. in titul. de reo, in versic. sed quid si statutum, in additio. Specular. Didac. á Castello, in glo. l. 55. Taur. super verbo, licentia, ita intelligens dictam legem, & super eadem, idem, Centifontanus, in. 1. col. sensit dicens, quód licentia hæc est de substantia actus: vt per Bal. in. l. cum non solum, §. necessitate, C. de bon. q; liber. & in. l. 1. C. qui admit. sed nostro in themate, adhuc etiam requiritur cum priuilegio habente formam, de qua, in leg. 27. & in. l. 32. titul. fin. lib. 8. ordinat. Regiar.

47 ¶De qua licentia, si non appareat, nunq; illa ex temporis diuturnitate præsumitur, tum ob ante dicta, tum quia visis actis, cum ex eorum tenore interuenisse nō appareat, præsumptio cesset: vt scribit Paul. de Castro, in consil. 81. incipien. in causa quæ vertitur 3. col. numer. 3. volum. 2. &. Alexand. in consil. 1. incipien. ponderatis his, 5. colum. numer. 19. volum. 4. & Felin. in. c. sicut, 18. col. ante numer. 34. de senten. & re iudica.

48 ¶Si autem dominia terræ, baronum, aut dominorum sint, eorum licentia, (cum loco Regis hoc casu habeantur) sufficit: nam quód regis erat propriū id cōmitis, aut Marchionis erit cui cōcessum

sum est,& constito de priuilegij tenore omnis terra illius termini propria domini intelligitur, cui à Rege concessa est: vt probat Zasius,in rubri.ff.de iurisd. omni.iudi.& Marant.dispu.6.nume. 14. & Chassen.in consu. bur.fol. 62. num.14.

49 ¶Et cum dari esset solita à prouintiarum præsidibus: vt in. d. l. fin.de venden.reb.ciuit.& domini terrarum non solum,in earum proprietate,eandem,quam Rex, in suo regno intentionem fundêt, vt notat idem Petrus Nunius,in d.c.12. sed etiam loco præsidis habeantur: vt tradunt Bart. Iason, &.dd.in.l.stipulationum,§.fin.ff. de verbo. obligatio. eorum ideo licentia tanquam sit data à præside valet.maxime cum loca iure gentium publica,in illius dominio dicantur, cuius est imperium: ex sententia Bart.in tracta.de alueo, colum.4.præsertim si domini, in consuetudine sint sic faciendi,eorum enim tunc licentia, ac si esset regia valere debet:vt.l.12. tit. 1. part.2.& in eodem cap. 9. apud vallem Oleti satis probatur,attēta eius petitione loquente tantum de illis populis,in quorū terminis Rex ipse gratias terrarum facere solebat:quód certe intra territoria dominis vassallorum concessa intelligi non potest,cum ibi Rex non soleat,neque possit dare terras nolente domino inferiori,cui territorium concessum est ex regio priuilegio,quód mutatim reuocari non debet;sed decet esse man surum.l.quód semel.ff.de decret. ab ordin.facien.l.4.titul.9. lib. 5. &.l.2.tit.3.lib.7. ordinat. regiar. & Aretin.notat,in consil.15.incipien.reuerendissime pater:sic nec ius seruitutis concessum vni, alteri potest concedi,in præiudicium primi.l.in concedendo, eum sequen.ff. de aqua pluuial. arcend. &.l.Lutio, ff. de aqua quotid. & æstiua,tradit Iason,in.l.rescripta, C.de precib. imperat. offerend. & in. §. æque, 5.colun. instit. de actio.

50 ¶Sic vel eadem ratione,post assignationem terminorum populo factam,ab eoque acceptatam, non videtur posse dominum regem eius assignationis terras alteri donare,cum rata debeat esse prima donatio,& potior priorum quibus ius quæsitum est,maxime traditione facta conditio[illegible], l.quoties, C.de reiuend. Nec ipsum regem præsumatur velle vnum altare cooperire, altero nudato. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habeant . & non liceat vni tollere, & alteri dare, nisi ex causa publica. l. item si verberatum, §. 1. ff. de rei vendic. & in.l.Lutius.ff,deposit. l. venditor, §. constat, ff. com. prædio. & vtrobique notant doctores,& Bart, in proœm. digestorum,&Decius in consil. 191. incipien. in causa quæ agitatur.3.col.num.9.Iason, in.l.fin.nu.13.ff.de pact.tex.est in l.2.titul.1. part. 2. si tamen certa ex scienna,Rex scribat , vt dentur istæ terræ derogādo legibus, &

maxime limi... nec apud qua... ea ipsa induci... fuit datu fuis... pro habitatione... ne es munere

& priuilegijs obtemperandum est: secũdum Bal. in.c. cum adeo de rescript.

51 ¶ At cum rege aliquarum harum terrarum facere donationẽ volẽte, prius notificetur populo, si populus assentiat, vel non contradicat, propter assensum, hoc in casu donatio valet, ex notatis per Andre. de Yserni. in titul. quæ sint Regal. in prin. quòd est notabile verbum, & quotidianum in praxi. præsertim cum læsione modica, argument. l. sed, & addes, §. pen. ff. locat.

52 ¶ Ante assignationem vero, quã do de nouo regnum, vt Granatæ, seu apud Indos, aut noua prouintia acquiritur, si terminus rotundus, vel aliqua pars terræ militibus, vel alijs detur, quibus ob seruitia licet donate. l. 51. titul. 18. part. 3. & notatur, in. d. l. item si verberatum, §. 1. donatio necdum valet, sed pro sufficienti, & legitimo habetur titulo, vt in. l. 234. in legib. styli. per quam lex. 4. tit. 28. part. 3. inuens montes, & similia bona pertinere ad populos, in quorũ sint territorio, intelligitur (vt ex eius verbis patet) post terminorum assignationem, vel ex immemoriali consuetudine factam. quòd & glo. Gregoriana notauit, in. l. 9. eod. titul. & part.

53 ¶ Ipse enim Rex, ante assignationem solus dotare potest de tanto, vel quanto territorio, omnes ciuitates, vel regni sui loca: teste Innocen. in. c. cum ad sedem, de restit. spoliat. & Bal. in. l. 1. C. de emancipat. libero. col. 4. & scribit Anchar. in consil. 142. incipien. clarior, & breuior. & est lex 2. titul. 1. part. 2. ibi. *Y solo, otro si, es poderoso de partir los terminos delas prouincias, y delas villas,* & sicut vni populo, hoc nempe casu, eas possit terras assignare, & diuisionem terminorum facere, ita, & vni personæ, seu familiæ donare. l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact. & iste bonus est, & legitimus titulus. l. fin. C. de fund. patrimonial lib. 11. sicq; procedit præcitata lex. 234. in legibus styli, ex qua oritur practica, vt in locis vbi non probatur diuisio, donet hodie Rex.

54 ¶ Minime tamen vnum à modo notatu dignum omittã, quòd licet termini, & montes publici arari non debeant, vt paulo ante citata leg. 3. titul. 3. lib. 7. ordinat. ibi. *No los puedan labrar, vender ni enagenar.* Hoc procedere intelligẽdum esse autoritate propria, non autem regia, (vt notatum est) præcedente licentia, quam ad arandum si populus creuit, & necessaria ei publice agricultura sit pro frumentis, seu fructibus colligendis, sine magno pastuum incommodo rex ipse facile præstabit.

55 ¶ Quæ eo casu, pro vniuscuiusq; indigentia vicini, erit communicanda: ita, vt vsus ille communis pauperi, sit vt pauperi, & diuiti, vt diuiti, leg. 4. (ita intelligenda) titul. 28. part. 3. ibi.

Tam-

Tambien à los pobres, como a los ricos, & colligitur ex Alberico, in. l. in tantum, §. vniuersitatis, colum. vltim. ff. de re. diuisio. & Ioan. de Ripa, in respon. 22. sub titulo de legib. & cõsuetud. & notat Bartholo. à Chassen. in cõsuet. Burgun. rubri. 13. §. 2. num. 26. & eleganter Stephan. Bertrandi, in consil. 1. incip. viso consultationis themate, 3. col. num. 12. volum. 3.

56 ¶Quibus accedit, quòd vsus terminorũ pro modo debito debeat communicari, secũdum glo. in cõsuetud. Aluerniæ, c. 28. arti. 10. & glo. Gregor. in. l. 9. tit. 4. part. 3. post Alberi. in. l. nemo, §. fin. ff. de rer. diuis. Aymon Crauet in consil. 60. incipien. ex omni capite, 1. col. num. 3.

57 ¶Et sicut vicini laici, ita, & clerici hac terminorũ, pro rata in illis locis habitantes, vti commoditate debent, vt in eadem Aluerniæ cõsuetud. glo. scribit cap. 28. arti. 4. & Stephan. ipse Bertrand. probat, in consil. 101. incip. quamuis, vol. 3. facit tex. leg. 49. tit. 7. part. 1. ibi. *Antes sera tenudo de guardar las posturas, y las costumbres dela tierra, como los legos.*

58 ¶Et alludit doctrina Baldi, in. l. si manifeste, C. de seruitut. inquiẽtis, vt tentem vsu publico, taliter quòd vsum aliorum vicinorum consumit, cogi posse à iudice pro rata vtatur, vt inter loci illius vicinos moderata seruetur æqualitas, bonus est tex. l. in summa, §. fin. & ibi Paul. ff. de aqua pluuial. arcen.

59 ¶Imo quantumuis dominus, in loco habitet, ne depopuletur pastus, immoderate vti non debet, nec excessiuas greges habere, arbitrioq; iudicis quantitas moderabitur: & aliquando ex statutis locorum, vt præallegat, notat Alberi. in. l. imperatores, ff. de seruit. rustico. prædio, & in. d. §. vniuersitatis, & est de mente reuerendissimi Didaci à Couarru. (hac in materia videndi,) in. c. 37. practica. quæstio. numero. 1.

60 ¶Quæ etiam à rege licentia dabitur, etiam si intra illorum terminorum limites, incolæ alterius populi, ius, vel seruitutem habeant pascendi, siquidem propter propriam necessitatẽ vicinorum publicam, hoc ius, & facultas arandi, in talibus detur terminis. l. præsens, C. de seruit. & aqua. & egregie notat Roderi. Suarez in præcit. allegatio. 15. in finalib. verb. sic etiam ad breue tempus, decennio minus, ad seruitia soluenda concedi, hæc eadem solẽt licentia regia, vt pro seruitio ab Hispalensi communitate inuictissimo regi Hispaniarum, & noui orbis, nostro huius nominis secundo Philippo, in toto eiusdem ciuitatis territorio soluendo, eidẽ ciuitati hisce nostris diebus fuit concessum.

61 ¶Maximeq; id procedit, si non grauiter ius pascendi lædatur, vt scribit Cepol. intracta. de seruitut. in. c. de seruitute iuris pascendi. & Bartholo, à Chassen. in

in dict. cō suetud. Burgund. rubri. 13. §. 2. i glo. *Vsayje de bos.* Quibus eleganter adstipulantur per Philip. Detiū notata, in consil. 244. incipien. in quæstione proposita, & Andre. d Ysern. in tit. quæ sint Regal. in prin. argumē. tex. in clemen. 1. de reb. ecclesi. non alienan.

62 ¶ Cui rei, & illud finitimum est: quòd temporales communiones, alio apud nos nomine, *Pastos comunes*, dictæ, si alter ex populis, in vicinis creuerit, ante finitum conuētum tempus, hac iusta causa de nouo superueniente, quòd vni, & alteris non sufficiat, dissolui possint, & sine metu pœnæ discedere: ex eleganti sentētia Abb. Panor. in c. dilecti, de arbit. cēsentis ius scindendi ligna, vel cum animalibus, in alieno territorio pascendi, & si inductum consuetudine, (quæ pactū est ciuium,) si ligna, vel pascua non sufficiant territorij, termini ve, dominum, ad pascendi cō suetudinem præferendum: & exterum admittendum non esse. & ibi, not. Ioan. de Imol. à Matthe. de Afflict. (qui & alia adducit) citatus, & sequutus in decisio. Neapol. 290. incipien. quidam Baro, num. 8. cum sequen. & Bartholo. à Chasen. in. d. §. 2. num. 27. &. §. 5. num. 1. &. 2. & Rochus de Curte, in. c. fin. de consuet. fol. paruo, 46. & Cepol. in. d. c. de seruitute iuris pascendi, Montal. in. l. 7. tit. 2. lib. 2. for. legum, & reuerendiss. Couarruuias lib. 1. varia. resolutio. c. 17. nu. 11. facit tex. in. l. si quis fecunda. C. de aquæ duct. & in. l. præses, C. de seruit. & aqua. & in l. ædem. C. locat. & argument. c. suggestū, de decim. &. c. quid per nouale, de verbo. signif. optimus est tex. l. venditor, in fin. ff. cōm. præd. & post Andre. Ysern. lib. 3. const. Neap. rub. 37. nu. 2. & ibi Afflic. num. 8. Parisius respōdet, in consil. 27. nu. 134. vol. 1.

63 ¶ Sed, & si ex præscriptione, vel priuilegio ius pascendi, in alieno territorio competat, hoc debet intelligi, si superabundat pastus: sic si ius hauriendi aquam concedatur, intelligendum est, si in proprio territorio illa superabūdet: vt probatur ex sententia tex. l. si quis diutinam. C. de aquæ duct. lib. 11. & ibi not. Lucas de pena, & in. l. diligenter, eod. tit. & Ioan. Francisc. de Ripa, in tracta. de peste, vltim. part. numer. 24. quòd adeo locum obtinet, vt consuetudo in contrarium non valeat: teste Rebuffo in præfatio. tracta. de consuetud. & vsu, sub. num. 51.

64 ¶ Ceterum, extra hos casus iure isto pasturandi, seu in alieno territorio scindendi ligna, semel acquisito, ius pasturæ, inuito, eo qui id habet, mutari non potest. l. in concedendo, ff. de aqua pluuial. arcē. & Ludo. Roma. scribit, in consil. 47. incipien. visis necessarijs, & explicat Couarr. in materia vidend us, in. d. c. 37. pract. qq.

65 ¶ Imo si res communis sit, ea nisi ad vsum destinatum, cum præiudicio tertij vti nō licet. l. Sabinus, ff. commu. diuid. sicuti nec domi nus fundi seruientis ædificare potest,

test in præiudiciũ terrij, seu seruitutis. l. si domus, ff. de seruitu. vrbano. prædio. l. si eo loco, ff. si seruit. vendice. & notat Socin. in consil. 105. & sequen. vol. 1. Aymon Crauet à Sauillian. cõsil. 4. col. 2. & alter Aymon in consuetudin. Aluerniæ, fol. 155. col. 2. & Cepola in. d. c. de seruitute iuris pascend. num. 18. & 26. Sic Rector ciuitatis, aut eiusdem decuriones non possunt, præter morem iam vsu receptũ, vel ex cõsensu omnium, siue ad publicam vtilitatem, vel ex Regia permissione, pascua omnibus ciuibus communia, vel adtẽpus, aut perpetuo interdicere: Prag. 2. comitio. Ann. 1552. & 54. Ann. 1558. vidẽde, & Tolet. An. 1559. petitio. 22. nec ex eisdem agris, ad seruitia soluenda partem aliquam certis possunt claudere limitibus, & prohibere pascendi vsum, vt notat Bar. in. l. toties, §. 1. per tex. ibi, ff. de pollicita, & in. l. ambitiosa, nu. 12. ff. d decret. ab ordin. faciẽd.

66 ¶ Sed nec hac ratione homines plebei, in vicinorum ius pastu randi in suo territorio habentium præiudicium, defensas tẽporales, (quas vulgus, *atajados*, appellat) vt ex herbæ locatione Regia tributa soluantur facere possunt. quòd, & de clericis loquẽdo, Panormit. videtur notare, in consil. 6. incipiẽ. casus su perquo, vol. 1. sic vel cadẽ ratione plebeij ipsi, in patritiorũ, seu nobilium præiudiciũ, bona publica, seu conciliorum propria, ad hæc Regia tributa soluenda locare, aut cẽsuare non possunt, aut publicis magistratuum honoribus, seu oppidorum regimine nobiles, & patritios priuare. quòd est singulare ad intellectũ & declarationem cap. 102. & 213. comitiorum Vallis oleti. anni. 1548. & not. Auenda. in. cap. 19. nume. 18. lib. 1. de exeq. prin. man.

67 ¶ Et ex eadem ratione ipsi domini, quibus Rex donat, aut vẽdit villas iam populatas, quantumcunq; in priuilegijs ea ponantur verba. *Damos tal villa con todos sus terminos, aguas estantes, y manantes, y con la iurisdicion ciuil, y criminal, Mero y Mixto imperio.* illarũ villarũ, terminos diuidere nõ possunt: nec permittere intra eos, vt edificentur vici. quòdq; alia earum cõcilijs inuitis quælibet ædificia fiant, cum dicta concilia in possessione sint terminorũ intra quos ædifitium nullum fabricari potest, & fabricatum demoliendum est. d. l. 3. tit. 3. lib. 7. ordina. Regia. ibi, *y si algunos han labrado, ò poblado, que sea luego dessecho y derribado.* & de iure communi, idẽ Bal. notauit in titulo de pace Constantiæ. §. nos Romanorum, col. 2. quem sequitur glo. l. 5. tit. 28. part. 3. innuens in ciuitatis territorio, sine eam regentium consensu, ædificare nõ licere.

68 ¶ Sed neq; herbarum fundorũ posse defensas facere, Stephan.

Bertrādi probat in præallega. consil. 1. vol. 3. & deduci videtur ex sententia. leg. 23. titul. 32. parte. 3. ibi, *Ca estos lugares tales fueron dexados para apostura, & pro comunal de todos los que hi biuen: y no los deue ninguno tomar, ni labrar, para pro de si mesmo.* & notat Mathe. de Afflict. in rubri. 85, num. 8. lib. 1. constit. Neapolit. loquendo in dominis vassallorum faciētibus defensas inuitis subditis. & apud nos tex. est in pragmati. Granatensi, fol. 148. antiquioris impressionis: tradit Couarru. in. d. c. 37. Regia lege Hispaniarum, forensi vsu receptissimum esse, & denicq; diffinitū nō posse priuatos agrorum dominos, absq; speciali priuilegio Regis, vel legitima præscriptione prata, quæ *Dehesas* vocamus, ex eisdem agris efficere, ac constituere ad hoc, vt herba naturali vi absq; nulla industria nata, vēdi, vel locari possit: siquidē herba ista omnibus conciuibus, & incolis communis fit, collectis iam frugibus, & fructibus. atq; ideo agri priuati dominus non poterit vsum istum communem prohibere, vt ex Pragmat. 73. probatur Regia, & ex ea qua reuocatur Abulensis ordinatio, fol. 170. vbi asseueratur esse contra huius regni leges, quòd quis proprios fundos, et agros absq; Regis permissione prata, & pascua ciuibus, & incolis interdicta efficiat, quamuis possit libere quilibet proprios fundos, & agros colere, qua ei libuerit cultura: ita tamen, vt fructibus collectis, & agris vacantibus, à semine, pascua sint omnibus habitatoribus communia: ex his inferens posse agri priuati dominum, nihilominus in eo vites, & oliuas plantare: etiam si per hāc plantationē, pastus hic communis omnium conciuium animalibus, impediatur, siquidem hi conciues, nullum habeant pascē di ius in agris priuatorum, nisi postquàm fruges, & fructus fuerint collecti, donec alij seminentur. et eo tempore quo priuatus ager pendentes habeat fructus, vel vites, aut aliàs arbores, quibus nocet animalium pastus, nō liceat cuiquàm in eum agrum animalia mittere ad pascēdum, vbi etiam ex hissubinfert, quòd dominus agri in quo vicini, & cohabitatores ius habent pascē di collectis fructibus, posse in eo nouellare, vites, & oliueta plantare, licet hactenus eum coluerit & seminauerit ad fruges colligē das, vel ad alium fructum his similem, & hoc esse quòd voluit Cepola de seruit. rusti. prædio. cap. de seruit. iuris pascen. num. 26. quo in loco scribit secus cēsendum si ager is talis sit, in quo quis habeat ius pascendi, seruitute, vel alio titulo absolute: nā hunc agrum dominus semper tenetur habere liberum ad pascendum.

69 ¶ Nec dumq; loci dominus sine populi habitatorum consen su de

su, defensas has facere potest, sed nec ipseRex passim hoc,& indistincte facere debet, nam sicut rem priuatā sine causa publica ei tollere non expedit, ita quæ communia sunt prohibere ac quæ omnium sunt tollere: vt scribit Ysernia in dicto titul: quæ sint Regalia, in verbo, portus. 2. col.

70 ¶ Sicq; fit, omnium, qui ius habent in termino, si non accedat consensus (dict. l. in concedēdo, ff. de aqua pluuial. arcend.) defensas illas quæ autoritate probantur iudicum (qui dicuntur, *Alcaldes de mestas y canadas*,) nihil valere: vt pote à iudicibus circa hoc non valentibus factas: si tamen omnes consentiant, in vim pacti, tales defensæ, & cōsensus valent, ac consentientes ligantur, argumē. glo. l. 2. C. commu. vtriusq; iudic. quia quilibet iuri suo, & facultati propriæ potest renūtiare. l. si quis in conscribendo, C. de pact. & per modū ac statuti formam possunt se ad inuicem ligare: vt scribit Bald. in. c. venientes, de iure iurand. quòd quoad se valebit. leg. si is qui, & ibi Angel. ff. de pignor.

71 ¶ Posteri autem, qui eorum hæredes qui talem habuerunt consensum non probantur, defensam huiusmodi minime seruare tenentur: siquidem prædictum pactum hæredes tantum obliget, & non alios: vt in hac specie Mathe de Afflictis notat in rubri. 85. lib. 1. constit. Neapol.

72 ¶ Termini enim ciuitatis in eandem sunt omnium communem vtilitatem. l. 4. &. 9. tit. 28. part. 3. & in communi ad vicinos, tam præsentes, quam ipsius ciuitatis futuros pertinent, cum ciuitas, aut villa quòd perpetuo duret præsumatur. leg. an vsus fructus, ff. de vsu fruc. & quem admo. quis vta. et qui nascūtur, quiq; de nouo veniunt, idem sit concilium. l. proponebatur, ff. de iudic. & termini Singulorū non dicuntur, sed vniuersitatis, & non solum illorum vniuersitatem repræsentantium eo tempore quo fuit facta assignatio, sed posteriorum, qui etiam terminos illos vniuersitatis nomine, ab illo Rege, qui primo assignauit videntur habere: vt in simili tex. probat. l. 2. ff. de interdic. & relega. & in leg. si arrogator, §. sed an impuberi, ff. de adoptio. & leg. emancipatum. ff. de senator. hac ideo ratione, oppidani in successorum præiudicium hos terminos alienare non possunt: argumen. l. nihil. §. omnibus, ff. de lega. 1.

73 ¶ Sed, & ipsis omnibus vicinis non consentientibus, in particularium vtilitatem occupari non debent. d. l. in concedendo. & l. per fundum, ff. de seruit. rusti. prædio.

74 ¶ Nec concilium fundorū priuatorum herbas locare potest. ipso teste Bertrādo multis hoc probante iuribus, in. d. consil. 1. quòd enim nostrum est sine fa-

cto nostro ad alium transferri non debet. regul. id quòd nostrum, ff. de reg. iur.

75 ¶ Cum ergo ab ipso Rege (cuius proprium est prouintias diuidere. l. si eadem, ff. de offi. assessor. leg. 1. C. de metrop. ve. lib. 11. & in. c. 1. §. praeterea ducatus, de prohib. feud. alie. per Federi. & notat Brunus in consil. 93. incipien. in causa, & lite vertente.) illud territorium integrum assignatum prius iam fuerit, formâ quę limitibus dederit, ex consequenti patet hos nouos dominos, terminos ipsarum villarum diuidere non posse: quicquid Suarez inaduertenter contrarium asserat, in allegatio. 7. col. pen. versic. habito. cuius fortassis dictum eo posset casu procedere, quando de consuetudine immemoriali, aliter in regno esset assuefactum: vt scribit Nicola. Boeri. in decisio. 227. numer. 16.

76 ¶ Nam quòd particulares vicini tempore donationis, ipsis baronibus à Rege factae possidebant, quòd quę iam per occupationē erat, vel ex alio titulo legitimo, vel à lege, puta praescriptione, seu à rege, aut ab alio, qui potestatem habuit dandi acquisitū, id nullo modo venit in cōcessione illius territorij, alicui domino, vel baroni factae: tex. est in. c. 1. & ibi Bald. de capitane. qui curiam vendi. scribēs quòd si imperator concessionem alicuius castri cum pertinentijs fecit in huiusmodi concessione non venire defensae, vel molendina, quae communitatis propria erant, neq; res vicinorum singulares, quia tantum videtur Rex concedere quòd eius erat proprium leg. si domus, §. fin, ff. de lega. 1. leg. vxor patrui, C. de lega. leg. qui tabernam, ff. de cōtrahen. emptio. & Baldum Frāciscus de Aretio sequitur in. d. consil. 15. colu. 3.

77 ¶ Vnde, si Rex villas, aut ciuitates cum suis terminis, montibus, & aquis concedit, ex quo terminus limitatus ipsius in vniuersum villae, aut ciuitatis praesumitur, particularia quę praedia possessorum etiam praesumantur, aperte colligitur, quòd in ta li concessione iurisdictio tantummodo sit cōcessa: circa quā intra villam, ciuitatem, vel eius territorium ille dominus intentionem suam habebit fundatam non tamen quoad territorium ipsud in proprietate, seu quoad terras à particularibus possessas: circa quae concilium illud, & particulares possessores quo ad proprietatem, & possessionem intentionem suam habent fundatam. & ita Notat Mathe. de Afflict. in rubri. 37. num. 6. lib. 3. constit. Neapolit. & Iason, in, leg. quo minus, ff. de fluminib. facit ratio tex. c. cū olim, de consuetud. & c. pen. de priuileg.

78 ¶ Et cum vassallis hoc in casu ius commune assistat, etiam ante

dicta

dicta priuilegij forma stante ip
sa ciuitas, aut villa in suorum ter
minorum possessorio contrado
minos suos interim tueri debet.
c.cum personæ, de priuileg. lib.
6. & in simili casu sic concludit
Capitius in decisio. 289.

79 ¶ Si tamen terminorum com-
muniones habentes (siquidem
faciles sint ad dissentiendum ho
mines. leg. item si vnus, §. princi-
paliter, ff. de arbit.) in modo eis
vtendi, discordent, seq; hac ex
ansa inuicem impediant, in eo-
rum vsu, & commoditate, anti-
quam ciuium consuetudioem,
siue in agricultura, seu scindẽdis
lignis, aut diuidendis aquis ser-
uandam esse Bald. notat: in. c. 1.
§. 1. de pace Constantiæ, 4. col.
in parte sicut ab antiquo, citans
tex. leg. domini prædiorum, C.
de agricol. & censit. lib. 11. ab eo
dem Mattheo de Afflict. rela-
tus, & sequutus. in. c. 1. num. 13.
sub rubri. 37. lib. 3. earundem
constitutio. Neapolit. eiusq; sen
tentiæ Chassenæus est (aliter, fie
ri iniuste dicens) in. d. rubri. 13.
§. 2.

80 ¶ Cum minime mutanda sint
quæ certam habuerũt interpre
tationem. l. minime, ff. de legib.
c. cum dilectus, de consuet. Nec
dumq; id procedat quando de
legis, sed etiam cum de contra-
ctus interpretatione agitur, vt
scribit Socin in consil. 145. inci-
pien. circa primum consultatio
nis. vol. 1. & Stephan. Bertand.
in consil. 126. incipien. pro ple-
niori. vol. 4.

81 ¶ Et facit quòd de communi
hospitio locari solito. Bald. ipse
tradit in. l. 1. quæstio. vltim. C.
qui testam. face. poss. & in. c. cũ
omnes, de constitutio. à Bartho
lo. Socin. citatus in consil. 58. in
cipiẽt. in causa Andreoti. 2. col
vol. 4.

82 ¶ Consuetudine vero cessante
ea in quæstione, magis ipsi po-
pulo vtilis ne fuerit vnus vsus,
quàm alius, adeundus est Rex,
cuius est proprium, statuere, vel
pensare quo ordine, qua ve cul-
tura sui vti debeant subditi, in
proprium Regni terrarum com
modum. leg. 1. rit. 11. part. 2. vt
eius arbitrio illarũ cultura fiat,
sicut, & in diuisione aquarum
statuitur. l. de vsu, ff. de varijs, &
extra ordi. cognitio.

83 ¶ Cæterum hoc in loco libuit
adnotare, quòd cum ad causæ
cognitionem in hac terminorũ
occupatione, concilium, vel per
sona quæ eos occupat, seu limi-
tes amouit, debeat ante omnia
citari, ac facta citatione, opposi
tio iurisdictionis declinatoria
statim sequatur aduersus corre
ctorem, eum dicendo extra ter-
ritorium de causa cognoscere:
cõtra leg. fin. ff. de iurisdict. om-
ni. iudi. &. cap. fin. de constitu-
tio. lib. 6. et de pronuntiando se
iudicem appelletur: vt not. glo.
in authẽ. habita. C. ne filius pro
pat. & ita quando huiusmodi
declinatoriæ exceptiones oppo
nuntur, nimis protelctur nego-

tium: Ne sic hoc subterfugia turiudicium: valde ipsi cōcilio spoliato cōducere iudex, vt Regius specialis qui de eo cognoscat impetretur, vel senatores Cācellariarum Regalium adeantur, coram quibus querela ibi à cōcilio contra cōcilium, vel quēpiam alium spoliantem proposita de crimine, & terminorum possessione cognoscitur (et vi. c. 3. comitiorum Ann. 1552. in. 2.)

84 ¶ Sed & per modum causæ potest semper de incidenti terminorum possessione in causa criminaliter intentata super interdicto vti possidetis pronuntiari vt si iudex dicat condemno criminaliter molestatores de pascētes in tali termino, vel ibi scindētes ligna, quia possessio eiusdem termini pertinet ad talem villā, vel populum accusantem. Sicq; per modum causæ constat incidenter de termino, quam practicam Bal. ponit in auhten. ad hæc, C. de latin. libert. tollē quē sequitur Martinus ab Azpilcuet. Nauarrus in. c. cum cōtingat, de rescript. in primo remedio

85 ¶ Et iure hæc procedit pronuntiatio, siquidem incidens ex eodem facto oriatur, ob idq; facilius super incidenti pronuntietur, vt Robertus Mat ant. scribit in suo specul. aureo de ordin, iudicio. part. 4. distin. 6. q. 2 princip. nu. 26. versic. pono secundam conclusionem tradunt Bal. & dd. in. l. 1. C. eod. titul.

86 ¶ Praxim autem exequēdi sententiam in materia terminorum Felin. tradit in. c. quia indicante de præscription.

87 ¶ Prætereadūq; non est, quòd si populum, vel vniuersitatē volentem petere terminos à domino, vel ab alijs occupatos, dominus loci prohibeat ne petat, ob id nunq; terminorum horū præscriptionē contra conciliū currere, semperq; quòd vsurpatum est posse petere. l. 10. tit. 29. part. 2. impedito enim agere non currit præscriptio leg. in rebus. ibi. *Ex eo tempore opponatur, ex quo possint actiones mouere.* C. de iure dotiū. l. 1. §. fin. C. de Annal. excep. & in authen. nisi tricennale, & ibi Bal. C. de bon. mater.

88 ¶ Nisi concilium populi domini inferioris sit, quòd Regem potest adire, & coram suo senatu eosdē terminos contra quēcūq; petere, nam cum hac via impedimentum illud possit remouere, si negligens in eo fuerit remouēdo, nonq; petat, præscriptio sibi curreret: nec dicta lege iuuaretur Regia, quæ in isto casu minime intelligēda est, locūq; dumtaxat obtinet, quando dominus impediēs talis esset, qui superiorem non recognosceret.

89 ¶ Paria enim sunt quē non esse impeditum, vel posse impedimētum tollere, c. fin. cū ibi notatis de electio. & qui potest facere vt possit, iam videtur posse. l. qui potest, ff. d. regul. iur. & post Bal. & Ludo. Roma. per eum ibi citatos

tatos Ioan. Francis. Balb. id hac notat in specie, in tract. præscriptio. part. 1. part. 6. principal. nume. 23. versic. secundo limita. & tradit Felin. qui pulchre loquitur in. c. ex transmissa. 1. col. de præscrip. & in. c. cũ inter. 9. col. in fine, cum sequẽt. de exceptio. & sic Bal. in. l. sed, & si per prætorẽ, §. 1. per illũ tex. ff. ex quib. caus. maior. notat impeditũ nõ dici, qui potuit facile impedimẽtum remouere: bonus est tex. in leg. quibus diebus, ff. de condit. & demõstrat. *Quibus diebus vicinus tuus, te via publica, cum ad parendum condicioni ire velles, ire prohibuit, nec per te stetit quo minus agendo, ob calumniã eum summoueas, hi dies condicioni non imputabuntur.* ex quo ibi notat ipse Bal. secus esse, si cũ posset remouere non remouit. ibiq; probari, non sufficere probare diligẽtiam, nisi etiam probetur conatus ad repellendũ impedimẽtũ.

90 ¶ Vnde Abb. Panor. in. c. scisci tatus, 2. col. & in. c. plerũq; , ad finem, de rescript. ex tollens Innocen. in. d. c. ex transmissa, scribit nõ sufficere allegare impedimẽtũ, nisi probetur, quód fuit causa immediata, quare nõ egit pro bando diligentiam adhibitam, bona est glo. verbo, suspẽsionis, in. c. quia diuersitatem. de cõcess. præb. & glos. verbo, proposita, in. c. cupientes, §. quód si per viginti, de electio. lib. 6.

91 ¶ Sic pulchre Bart. in leg. 2. §. et quód diximus, ff. si quis cautio. dicit non sufficere probare, quód fuerit vis fluminis, nisi probet. .r quód eo tempore tu citatus recesseras, & perueneris ad flumẽ causa transeundi, pro quo dicit ibi Angel. esse textum meliorẽ de mundo in leg. qui comeatus, in prin. ff. de re milit. ibi. *Dũmodo non tardius a loco se profectũ probet quã non occurrere potuisset.* & notat idẽ Bart. in. l. præses. C. de appella.

92 ¶ Et Bald. in. c. 1. in fine de præscriptio. præscriptionẽ (innuit) excommunicato currere, quamuis agere non potuerit, si petere absolutionem potuit, & non curauit.

93 ¶ Et impedimentum, habenti implere intra terminum præstitum per tertium, ad quód tollẽdum, potest impeditus sibi prouidere, per aditionem ad superiorem, non suffragari impedito non adeunti. Ludoui. Roma. scribit in consil. 352. incipien. quæritur. 2. col. num. 10.

94 ¶ Sic, cum viro ad inopiam vergente, mulier agere non sit impedita. l. vbi adhuc. C. de iure dot. contra eam currit isto casu, cuã constante matrimonio præscriptio, teste Baldo Nouello in tra cta. de dote. 7. part. 2. & . 5. col. à Francis. Balbo relato, & sequuto in. d. 1. par. 6. part. princip. numer. 10.

95 ¶ Pari modo, in casu legis. 59. ad curias Taurinas, cum, marito absente, ipsa à iudice licẽtiam possit habere, & impedimentum remouere, si non agit, sibi currit præscriptio.

¶ Et eadem ratione, licet filio familias non currat. d. authen, nisi tricennale, & ibi Bald. notat. habet hoc locum minime in rebus inquibus patrivsus fructus non quæritur, siquidem in his filius familias possit agere, & cogere patrem consentire, ex sententia Bart. in. l. quid ergo, §, vsuras, ff. de contra. et vtil iudic. tutel. quã præalleg. loco. num. 15. idẽ Balbus sequitur, & Pet. Philip. Corne. in. l. fin. §. necessitatem. C. de bon. q̃. liber.

96 ¶ Cum quis ergo à superiore non impetrat, quòd facile solet obtineri, id sibi culpæ adscribitur, nec excusatur, si dicat se nõ postulasse, quia suspicione repelli suspicabatur vana. l. 3. §. quid ergo, ibi. *Siquidem non postulauerit à petitore sibi imputet*, ff. ex quib. caus. maior. d. l. sed, & si per prætorẽ, §. 1. vbi glos. verbo, præmittere. hoc expressim notat, citans ad idem. l. 1. §. pen. ff. de aqua quotidia. & æsti. & in facti contingentia. Ludo. Roman. respondet. in consil. 332. incipien. quoad primum consultationis, 1. col. nu. 2. & in non dissimili casu, in cõsil. 84. incipien. circa id (& dicemus infra, in decimo quarto fundamento.)

97 ¶ Sed, & quando superiorẽ, qui nõ recognoscit, terminos occupatos petere impediret, impedimẽtũ (vt paulo antecitatæ Regiæ legi. 10. tit. 29. part. 2. locus sit,) pleuerare, et quòd protestetur oportet, vt post Alexand. loco per eũ ibi citato, Felin. notae in. d. c. ex trãmissa, 1. col. num. 2.

98 ¶ Contra vero occupantes terminos publicos pœna criminalis (quòd ego viderim) imposita non est, nec hac ratione imponi debet, cum nõ reperiatur: leg. at si quis. §. diuus, ff. de religio, & sumpti. funer. Si vero occupetur callis, via, aut alius exitus, vel locus qui in communem sit omnium vtilitatem, & vsum: olim pœna triginta, & sexaginta solidorum imponebatur, iuxta distinctionem textus, l. 1. & 3. tit. 6. lib. 4. fori legum. hodie vero pœna centum moropetinorum imponitur, l. 32. tit. fin. lib. 8. ordina. Regia. vltra quã, occupatio expẽsis proprijs occupãtis tolletur: vt in. l. fin. ff. d via publi. & notat Florian. in. l. 1. §. 1. ff de ijs qui deiecer. vel effuder.

99 ¶ Sed, & occupantes vias, etiã extra ordinem puniri, tex. probat. l. ædiles, §. sunt autem. ff. de via publi. iure vero partitarũ sola demolitio inuenitur expressa. leg. 23. tit. 32. part. 3. aliorum vero agrorũ, seu viarum limites euellens, secum ve auferens, aut sua ad opera applicans, & viẽs, furto se ob id cum alliget, furti puniendus ad arbitrium est iudicis, etiã si eos abstulisset, nõ vt limites, aut terminos mutaret, & alijs damnũ per hoc inferret, sed, vt eis ad suum vteretur cõ modũ. (Sicuti in creditore debitoris vtente pignore, vel depositario, re deponentis vtente depo

deposita, videmus qui furtũ cõ-
mitunt. l. si pignore. ff. de furt. §.
furtum autem, instit, de obliga-
tio. quæ ex delict. nascun.) tex.
est (qui sic debet intelligi) in. l.
1. in fine, ff. de termi. moto. dum
dicit. *Sed pro conditione admittentium
coertione transigendum.* qui vero li-
mites aliorum transponit tãtũ,
suos vt agros promoueat, & di-
latet, supra furtum, falsitatẽ cõ-
mitti. glosa est vltima, commu-
ni probata voto, in. l. fin. ff. đ ter
mi. moto. varieq; ob id punien-
dus est. nam si fuerit iuuenis pu
nietur exilio, & relegatione in
lõgissimas ad tempus regiones,
si vero senex, ad iudicis arbitriũ
& discretionẽ exilio mulctãdus
est: leg. 2. ibi, đ *pœna tamẽ*, & c. ff, đ
termi. moto, quòd si cui cõtigat
cũ altero lite cõtendere de limi-
tũ suorũ differẽtijs, atq; ipsorũ
alter, interim durãte lite, & pro-
cessu eosdẽ limites, seu terminos
(de quibus esset quæstio trãspo
nat, vt hoc modo certius suum
processum, & litẽ vincat fraudẽ
is. & falsitatẽ cõmittit, ob quã li
tẽ perderet cũ vniuersis sumpti
bus, & ad restitutionẽ dãnãdus
est tãtidẽ agrorũ, quãtũ per trã
spositionẽ alteri conabatur eri-
pere. & limites tũc constituendi
sunt, tãto à priori locatione cite
rius, quanto ipse prius vlterius
promouerat, & si tãtũ nõ habe
at, tenetur tamẽ semper ad om-
niũ restitutionẽ, dãnorũ (& vt
vocant) interesse omniũ iuxta
taxationem iudicis, l. Diuus in
prin. & l. fin. in fine, (quæ sic de
bẽt leges intelligi,) ff. de termi.
moto. quòd iã in praxi apud as-
sindũ cũ eueniret, *En la dehesa de-
la Catalana.* vulgariter nuncupat.
quadã in causa, in qua alter ex li
tigãtibus noctu, & clãculũ aspa
ragũ, qui pro subsignaculo anti
quo, agros dirimebat (đ quibus
lis tũc sub iudice à Rege agris di
ctæ ciuitatis terminis præfinien
dis pẽdebat delegato) vlterius
trãsplãtauerat, & promouerat
(quatuordecim iam anni sunt)
practicatus sum: magno cũ eius
dẽ applausu iudicis, cui ĩeadẽ ab
illa parte recusato designatus
fuerã assecla, & cõsocius, & sen
tẽtiam, sic vt diceremus cõsului.
præterea qui aliorũ limites ex
malitia trãsmutat, vt vicinis ne-
gotiũ facessat, & sibi nullũ faci-
at cõmodũ, is secũdũ iura, aureo
rũ mulcta puniẽdus est quinqua
ginta, ad cõmunẽ vtilitatẽ fisci,
& detrimẽtorũ restitutione om
niũ. leg. (ita accipiẽda) agraria,
ff. de termino moto. qui autẽ do
lose aliorũ fines, et limites ex ius
su, seu alterius trãsponit manda
to, puniendus is virgis est, & ad
opus publicum biennio dãdus,
aut loco illius per biennium re-
legandus. Si vero id dolose non
fecerit, nec vt alteri vllum in
commodum, & fraudem infer-
ret, sed tantum ex ignorantia,
& fortuito, sunt qui putent hoc
in casu, hodie in praxi hunc
tantum virgis, & verberibus ce
dendum, non exilio aut relega-

tione dicta. l. diuus. ibi, si vero, ff. de termino moto. Ego vero, ingenue (verum vt fatear) casus is si occurreret, longe aliter succurrerem, meoq; genio iudicarem. sic, & censeri consulerem, in rustico, qui hebetissimi sit ingenij, et omnis doctrinæ prorsus ignari, & qui parum à belluis videatur distare: solam admodicum tempus, sine fustium ictu, à delicti loco commissi relegationem sufficere, quòd facilius in eo ignorantia hæc, et simplicitas præsumatur, argument tex. ita intelligendi. l. 15. tit. 1. part. 1. & l. 29. tit. 14. part. 5. & l. 13. tit. 7. par. 6. & eorum, quæ infra, in respon. ad. 6. par. 1. adducemus fundament. num. 36. & ex simplicitate factum puniri non debeat, Baldo teste, in consil. 229. incipien. proponitur in facto, ad finem, vol. 5. tex. est, in. c. super literis, de rescrip. c. inter corporalia, de trãslatio. Episcop. prope finẽ. c. vniuersorũ, de rerũ permutatio cap. tanta. 86. distin. in fine. & c. scriptura, de cõsecrat. dist. 2. Sic, et Oldra. in cõsil. 183. incip. factũ tale est. col. 3. in fine, in atrocibus leuitatẽ scribit non puniri. (& dicemus latius in. 23. part. 2. fundamen. num. 17. cum sequẽtib.) Si vero rusticus, aut is sagax sit, à virgis, & fustibus excusandus est minime, argumẽt. glo. verbo interdũ. l. athletæ, §. de rusticis, ff. de excusatio. tutor. quã ibi sequuntur antiquiores, & Bal. in cap. final. col. 5. versic. item fallit in rustico, de cõfes. et in sua margarit. verbo, rustici, & communiter approbatã Curtius fatetur in. l. cx qua cũq; ff. si quis inius vocã. nõ ier. & in. l. si quis id quòd, num. 36. ff. de iurisd. om. iud. & ibi Ioan. Oroscius. numer. 39. & quàm plures etiã sequũtur, per me infra citati, in respon. ad. 6. part. 1. fundam. nu. 36. vlterius, limites intelliges, quæuis signa, siue subsignacula, quæ agros ab inuicẽ diuidunt, aut lapides, aut palos, aut arbores, hisq; similia. hocq; in crimine, cuiuis permissum est accusare, & deferre, leg. fin. ibi, et eius actionis petitionẽ ei qui volet, esse iubet. ff. de termi. moto. De iure vero in alieno territorio piscandi, qualiter acquiratur, & an pars ad piscãdũ fluminis, & ius venandi possit præscribi, & cuius sint Ripæ fluminis quæ ve fluminis dicatur ripa, eruditissimus Petrus Nunium scribit in paulo antecitato. c. 12. lib. 2. de exeq. Prin. man, anũ. 10 vsq; ad. 16. cuius scire circa hoc dicta hic disserere non licuit, tũ præ tẽporis angustia, tum quòd iam tempus instet, vt ad alia nostra pro parte fundamẽta pergamus, præcedentibus omissis.

EX. 10. FVNDA. PAR 2. sequent.

¶ *Sẽtẽtia, omniaq; acta cõtra minores in defensos facta, ipso iure sunt nulla. nu. 1. Leges. 7. et. 11. ti. 2. l. 15. ti. 4. l. 3, et. 7. et 16 ti. 11. et l. 11. ti. 22. par. 3. et. 4. et. 5. ti. 11. par. 5.*

part.5.citantur.ibidem.

Minores in iudiciis, etiam quòd sint doli capaces absq; tutorum, seu curatorum interuẽtu naturaliter, nec ciuiliter obligantur, & quanquàm fideiussores dent non conualidatur iudicium contra eos agitatum.num.2.

Legis si curatorem habens. C.de in integ. restitutio minor. distinctio, in iudiciis nõ procedit.num.3.

Sententia interloqutoria contra minores indefensos lata, etiam in quacunq; instantia non valet.ibidem.quòd etiam in iudicio criminali procedit.ibidem.

Sententia, & acta contra minores curatorem habentes lata, non valent, si curator non comparuit, & pro eis defensionem assumpsit.num.4.

Paria sunt quòd minores curatorem nõ habeant, vel quòd habeant, minus tamẽ legitime defendentem.num.5.

Paria sunt nullum testem inducere, vel producere testes qui legitime sunt repulsati.num.6.

Paria sunt aliquid non esse, & esse, et nõ posse probari.num.7.8.9.&.10.

Paria sunt syndicum non habere, vel inutilem habere, sicuti maritum nõ habere numer.11.

Priuilegia viduis concessa dantur etiam inutiliter nuptis.num.12.

Leges.41.tit.18.& 20.tit.23.part.3, & l..1.tit.1, & .l.14.titul.2.lib.3.ordinat.regiat.citantur, & ampliantur.cum lege. vnic.C.quand.imperat.num.13.

Viduæ.& inutiliter nuptæ, honeste viuere debent, priuilegiis vt gaudeant viduis concessis.num.14.

Vidua propter stuprum an amittat dotem & alia matrimonii pristini intuitu habita.ibidem.

Paria sunt aliquid non facere, vel vitiose, aut minus bene facere, vel nullũ medicum, aut imperitum adhibere. num.15 &.16.

Paria sunt non comparere, vel minus legitime comparere.num.17.

Litis contestatio coram incompetenti iudice facta, nulla est: ac nullum litis pendentiæ producit effectum.num.18.

Citatio ab incompetenti iudice decreta litis pendentiam non inducit, nec contestatio inualida actionem perpetuat. numer.19.

Lex.1.tit.3.lib.3.ordinatio. Regia. citatur, & explicatur, ibidem.

Statuta de gabellis molendinorum loquentia intelliguntur de illis, exquibus fructus colliguntur, non de inutilibus.numer.20.

Meretrix lenoni, vel aliàs infami nupta, pro debito incarcerari potest.numero.21.

Pragmat.95.&.97.in volum. pragmat. citantur, & expenduntur.ibidem.

Lex,62.Tauri citatur, & explicatur.ibidem.

Comes sine comitatu, non est proprie comes: ideo potestatem habens à pontifice, seu Imperatore legitimandi quoscunq; exceptis filiis comitum, legitimare potest filios comitũ, qui sine comitatu sunt. num.22.

Auten. licentiam, C.de episcop. & cleri. præsumptio, cessat in episcopis nullatenensibus.num.23.

Beneficium habens nomine sed non re. aliud beneficium impetrando, non tenetur de primo mentionem facere. numero.24.

Sententia lata contra minores curatorem habentes, qui eos à principio defendere cœpit, & in mediis causæ hoc est circa probationes, & defensiones defecit, nulla est.num.25.

Leges.11.titul.2.&.25.titul.4.3. & .7. titul.11.part.3.& lex.4.titul.11.part. 5.expenduntur, & ampliantur.ibidem.

¶Qui-

1 VIBUS tamen præmissis, quòd dicta sententia à licentiato Moreno prolata, ipso iure nulla fuerit, ex eo maxime comprobatur: & decimo, hac nostra pro parte facit principaliter, quòd lata fuerit cōtra præfatos Hieronymū à mōte Martha, & Catherinā à monte Martha, tunc tēporis vigintiquinq; annis minores, et indefensos, & sententia omniaq; acta, contra minores indefensos facta ipso iure sint nulla. leg. cum, & minores. C. si aduers. rem iudic. leg. acta, §. fin, & . leg. contra pupillum, ff. de re iudi. l. si curatorem. C. de in integ. restit. leg. 1. & . 2. C. qui legit. person. hab. stand. in iud. leg. si præses. C. quomo. & quād. iud. ibi. *Nocere enim adultis non debet quicquid eo tempore statutum est, quo defensione iusta & curatorio auxilio fuerant destituti.* leg. 7. & . 11. titul. 2. 25. titul. 4. & . leg. 3. 7. & . 16. tit. 11. et. 11. tit. 22. part. 3. et. l. 4. et. 5. ti. 11. part. 5, et vltra loca ordinaria Iason firmat in cōsil. 91. incipiē. visis, col. 2. post. nu. 1. vol. 3. Mathe. đ Afflict. in rubri. 38. col. 4. nu. 10. lib. 2. cōstit. Neapol. Philip. Detius in consil. 411. incipiē. visis his quæ accurate. nu. fin. & nouissime Robert. Marant, de ordin. iudic. part. 6. nu. 105. *Fragilitate consilij natura proueniente, minores viginti quinq; annis soli in iudicio esse prohibetur, Prætor nāq; naturalē æquitatē sequutus propter lubricū ætatis, tutelā eorūdē suscipiēs, ob illorū infirmū, & fragile cōsiliū multis insidijs, & captionibus expositū eis regulariter, vt per se ipsos eorū statū, & cōditionē meliorē facere, de teriorem autem non posse indulsit.* l. 1. in princip. ff. de minor. l. fin. C. de fil. fam. min. iunct. tex. instit. de autho. tutor, in pi in.

2 ¶ Nec tales in iudicijs etiam quód sint doli capaces naturaliter, neq; ciuiliter absq; tutorū, seu curatorū īteruētu obligātur et licet fideiussores darēt nō cōualidatur iudiciū cōtra eos agitatū, vt cōcludit Guiliel. đ cū. in d. l. 1. C. qui legit. perso. nā ex quo (vt est dictū) ipsi nullo modo obligātur fideiussor propterea accedere nō potest. l. cū lege, ff. đ fideiu. l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cogā. & not. Specula. in tit. de actore, versi. sed quid si minor. colū. 4. ideo iudiciū cū illis absq; curatorū interuentu agitatum, ipso iure indifferenter est nullum.

3 ¶ Sic nec hac ratione distinctio dicte l. si curatorē. habēs, in iudicijs procedit, ex sētētia glo. Bar. Paul. đ Cast. & aliorū in. l. pē. C. si aduers. rē iudi. & in. d. l. acta. §. fin. vbi idē Bar. & Paul. ff. de re. iud. & in. d. l. 2. C. qui legit. perso. et notat Guido Papæ in quæstio. 494. incipiē. sentētia. facit tex. in. §. inuito, instit. de curat. & in. d. l. si præses, C. quom. & quand.

quand. iud. qui textus loquitur de interloquutoria, quæ etiam contra similes lata nõ valet. pro ut ibi etiam tenet Bart. & Paul. de Castro. post Guliel. Pet. & Cyn. in. d. leg. 1, C. qui leg. perso. (licet ibi aliter sentiat glo.) quòd procedit etiam in quacunq; instantia, & si Bart. aliter dixerit in. l. alienam, C. de procura. quẽ ibi Bald. Castrensis, Alexand. & Iason reprehendunt, per. d. l. si præses. ac etiam si iudicium criminale sit, per. l. clarum, C. de autho. præstan. vel si causa ecclesiastica sit. aut beneficialis. c. si annum, de iudic. lib. 6. & notat Lapus, in allegatio. 127. incipiẽ. quidam exposuit.

4 ¶ Quæ etiam procedunt: curatorem, & si minores habeant, si tamen non comparuit, vel pro eis defensionem assumpsit. secũdum glo. communiter approbatam in. d. l. si præses, Bart. & dd. in. d. l. cum, et minores, quicquid ibi dixerit sibi contraria glos. in hoc pariter communi reprobata voto. cum secundum Petrum & Iacob. Butri, & alios ibidem, & Saly. in. d. leg. si præses, ante num. 4. & scriben. vbicq; locorum sufficiat, quòd omni casu adulti reperiantur in defensi.

5 ¶ Et ex eorum sententiis, paria sint quòd dicti minores curatorem, vel defendentem non habeant, vel quòd habuerint, & non defenderit. leg. in lege. ff. de contrah. emptio leg. vnic. §. cum autem, C. de cadu. tollend. siqui dem iuxta iura vulgaria nihil, & inutile æquiparentur.

6 ¶ Et paria inde sint, nullum testem inducere, vel producere testes, qui legitime sint repulsati. leg. si prætor. §. Marcellus, ff. de iudic. leg. 3. §. eiusdem, & in. leg. ob carmen, §. si testes, ff. de testibus, & notat Andre. de Ysernia in cap. 1. qui testes sint necess. ad proban. nou. inuest. in vsib. feudor.

7 ¶ Sic eodem modo conueniũt, aliquid non esse, & esse, & non posse probari. leg. duo sunt titij ff. de testamen. tutel.

8 ¶ Et nihil fateri, vel ita respondere, vt incertus dimittatur interrogator leg. de ætate, §. nihil. ff. de interrogat. actio, leg. certum, in prin. ff. de confes. & scribit Ludo. Roma. in consil. 321. incipien. in casu propositæ. numer. fin.

9 ¶ Et non esse præsentatum instrumentum, vel esse præsentatum non legitime, & ponere, ac nõ probare, & nihil probare, secund. Math. de Afflic. alios citantem in lib. 2. constitu. Neapolit. rubri. 31. de pugnis subla. 7. col. num. 22.

10 ¶ Ac nõ esse, vel inhabilem esse. leg. 1. §. pen. ff. quòd cuiuscg vniuersit. nomi. leg. fin. C. de natural. liber.

11 ¶ Eiusdemcg farinæ est, non habere syndicum, vel inutilem habere. d. leg. 1. §. quòd si nemo, quòd cuius. vn. no. & ibi not. Bald. sicuti maritum non habere

bete, vel habere inutilem notanda voluit glo. verbo, orbitates. C. ad leg. flau. de plagiar. secũdum Alexand. in consil. 104. incipien. statutum loquens, col. 2. vol. 1. & Iason. in leg. fin. ff. de offi. eius cui mandat. est iurisd. & in repet. leg. si is qui pro emptore, 42. col. num 185. ff. de vsu capio. et in leg. si dari circa mediũ. ff. d verbo. oblig. & Andre. Barba. in. c. significantibus. 1. col. de offi. deleg. & in tracta. de præstan. Cardin. 1. part. 12. quæst. Basil. nu. 2. & in consil. 46. incipiẽ. scripsit præclare. colum. 1. vol. 1. Andre. Alcia. in cap. 1. 4. notabi. (vbi est tex.) de præscriptio. Ioan. Lup. a Palati. rub. singularem appellat in repet. c. per vestras, §. 47. de dona. inter vir. & vxo. fol. 125. col. 2. num. 12. & post Felin. in. d. c. significãtibus. 3. col. Francisc. Purpura. in. leg. 1. col. 7. versic. ex quo dicto, ff. de iurisd. om. Iudi. Catel. cotta in suis memoral. in dictio. vidua. Andre. Tiraquel. in. 5. leg. connubial. num. 7. pag. 48. Ioan. à Neuizan. in sua silua nuptial. fo lio paruo, 245. col. 4.

12 ¶ Et ex eadem Bal. ibidem. nu. 2. notat priuilegia viduis concessa, dari etiam inutiliter nuptis. quæ & si maritum habeant is eis sit ac si non esset, nempe quia captus ab hostibus, exul ve, aut dãnatus ad triremes Regias, siue apud indos sit, quód in specie Felin. tenet. in. d. c. significantibus. num. 8. & Pet. Rebuf. in leg. Regias. 1. tomo, tracta. de sententi. prouis. arti. 3. glos. vltim. 2. colum. bona est glos. 1. in. cap. admonere. 33. quæst. 2. à Iasone in pulchra quæstione Regni Hierosolimitani citata. in leg. quód apud hostes, col. fin. de lega. 1. & glos. in leg. 4. per tex. ibi, & leg. sequen. ff. qui satisd. cogan. & in leg. 1. C. quand. Imper. inter pupil. & vid. notandus est tex. in. c. 2. §. sed neq; illud, de transiat. episcop. & in cap. facilius, de Pœniten. distin. 1.

13 ¶ Quod est singulare, ad intellectum, & ampliationem. d. leg. vnic. C. quand. Imper. & leg. 4. titul. 18. part. 3. leg. 20. titul. 23. ead. part. leg. 1. titul. 1. & leg. 14. titul. 2. lib. 3. ordina. Regiar. dispõnẽtium viduas posse ad Regis curiam, quos libuerit vocare, quoad primam causarum cognitionem. & in prima instantia (& quód sicut pupilli, & similes personæ) non teneantur extra proprij domicilij forum, apud curiæ Regios iudices, cuiquam agenti respondere cuiuscunq; priuilegij ratione. vt post doctores in. d. leg. vnic. Mathe. de Afflict. scribit in rubri. 37. num. 14. lib. 1. constit. Neapolitanarum.

14 ¶ Dum modo honeste viuant, siquidẽ in viduis ipsis loquendo, id locum obtineat, cũ vidua honestam agit vitam. (& dum res ista discutitur) statim tractetur, an vidua honesta sit, pu-

pudiceq; viuat.cũ si luxuriose, aut inhoneste, priuilegia iure vi duitatis cõcessa statim amittat. sicut passim traditur,et in præci tati priuilegij specie, expressim notat Andre.de ysern.in.d.con stit. Neapol.ti.đ offic.magistro. nu.6.& idē Afflict.in.d.lib.1. ru bri.33.nu.4.&.5.& Lucas đ Pe na,in.leg.3.col.2.C.de priuileg. scholar.lib.12.Felin.in.d.c.signi ficantibus,col.pen.Reuerendis. Dida. à Couar.in.c.7.col.1.lib. 15 practi quæstio. (vbi optime sui vt est moris) materiam istam vi duarũ,& quæ cælibē vitā agũt: nec vsquā virũ habuerũt dispu tat.bonus est tex.in.leg.his solis vbi Bal.&Saly.C.de reuocã.do natio.& i authē.eisdē pœnis, C. de secund. nupt. quo in loco Ioannes à Garronibus. nu.20. multa hac in re tradit. Quibus, & illa fere similis quæstio est:an vidua propter stuprum,dotem, & alia amittat,quæ iure,ac titu lo matrimonij obtinuit pristini, & obtinuisset,si castã egisset vi tam,quam(vltra Iason.in leg.2. 16 num.6.ff.soluto matri.& in leg. fidei cõmissum,C. de fidei com. &Felin.in.c.pastoralis đ iudic. Gerard.de Pet.sanct. in singul. 48.Ioan. Lup.in rubri. de do nat.inter.vir&vxor.§.67.num. 6.Hippol.in.l.vnic. C. de rapt. virgin.nu. 53. & in singul.416. Guiliel. Mayner.in leg.in ambi guis pro dote.nu.208.ff.de reg. 17 iur.& Chassen in cõsuetud.Bur gũd.rubri.4.§.6. versic. mulier. num.24.) idem Couaruu. exa minat in Epit.ad.4.decretal. 2. part.c.7.§.6.nu.10.cũ sequē. & est notãdũ,ad leg.4.tit.4.lib. 5. ordinatio.Regiar.qua his in re gnis vidua, vtcumq; stuprũ cõ mitens, partem bonorum con stante matrimonio acquisitorũ amitit. quæ lege Regia ad eam pertinet,quam Ioan. Lup. citat in ead.rubri. de don. inter vir. & vxor.§.vltimi.col.2.

15 ¶ Eodemq; modo,(vt ad rem à qua paululum digressus sum redeam) æquiparantur, ali quid non facere,vel vitiose, aut minus benefacere. l. quoties. ff. qui satisd.cogãt. vel nullum me dicum,aut imperitum adhibere leg,quòd si nolit.§. si mancipiũ, ibi. *Non adhibuerit medicum,vt sanari posset , vel malum adhibuit.* ff.de ædi lit.edic. & voluit expressim glo. verbo,lucrifacere.l. si ab hosti bus,ff.soluto matri.late Hippo lit.in.l.nihil interest.nu.9. ff. ad leg.Cornel.de siccar.& Nicola. Boeri. in decisio.323.num.23.

16 ¶ Sic etiam conueniunt,non a dire,vel nulliter,seu via incõpe tenti adire.l. 2. vbi bonus tex. C.đ succes.edictet.ibi notat Bal. & Saly.& Iason.col.3.duo iura concordãtia citat. Aut nõ præ sentare, vel minus sufficienter præsentare.cap. siquis iusto, de elect.lib.6.tradit Lappus allega tiõ.22.incipiē.an sufficiat.nu.1.

17 ¶ Et non comparere,vel minus legitime comparere.c. Nicolao, de appel.

¶ Sic

18 ¶ Sicque fit litis contestationem coram incompetenti iudice factam, hac prorsus ratione nullã esse, ac nullũ litis pẽdentiæ producere effectum, vt. not scribit glo. in. l. si pater. C. ne de stat. def funct. ordinaria, & singula. secũdum Ludo Roma. in cõsil. 412. incipien. primo, pro habenda. num. 6. & 7. & Paul. de Castro in. l. si quis, §. quòd si quis, ff. de in ius. rup. Iason, in, l. 3. col. 2. C. de procurat. Felin. in. c. gratũ, col. 2. de offic. deleg. Gerard. in singul. 88. corset. in sing. 241. part. præscriptio. Fernand. à Loazes de matrimonio. Reg. Angliæ. fol. 72. numer. 29. Andre. Tiraquel. de vtroque retract. lib. 1. §. 1. glo. 9. num. 83. simil. tamen est glo. in. c. vt debitus de appel. & ibi, Ioan Andre. Anton. Panor mit. & Philip. Fran. & glos. verbo, non putantes, in. c. ex tuarũ, de purgat. cano, & tradit Mõtal. in. l. 3. tit. 10. part. 3. & Paul. Paris. in consil. 32. num. 8. vol. 3. & Mathe. de Afflict. in lib. 2. cõ stit. Neapol. rubri. 23. notab. 1.

19 ¶ Ita etiam ex citatione decreta ab in competenti iudice, non inducitur litis pendentia, ac si facta nõ fuisset, vt est tex. in clem. 2. vt lit. penden. Nec contestationem inualidã, actionem, eadẽ ratione perpetuare, Paul. Castren. (quo loco eum nuper citauimus.) num. 2. scribit: & doctores omnes paulo ante allegati. & est not. ad intellectum. l. 1. tit. 3. lib. 3. ordinat. Regiar. quacauetur litem contestandam fore, intra nouem dies à die notificatæ petitionis conuentio, aliás trãsacto termino, habeatur pro confesso in causa sibi petita, vt citat eam Montal. in. l. 2. titu. 6. lib. 2. for. leg. & Bonifa. in perc grina, verbo litis contestatio. glo. 2. vt non procedat. quando lis legitime contestata non fuit, & vt dicta lex disponit. & requirit.

20 ¶ Sic etiam Bald. in. c. 1. §. si quis de manso col. fin. de controuer. inuestit. in vsib. feudor. not. cõcludit statuta de gabellis molendinorum loquentia intelligi debere, de illis, ex quibus fructus colliguntur, non de inutilibus. cum similibus à Iason. aggregatis in. l. si. ff. de offi. eius cui mãd. est iurisd.

21 ¶ Eademque procul dubio ratio ne meretricẽ lenoni, seu alâs in famĩ nuptiam, pro non maritata haberi, vt pro debito in carcera ri possit. Ioan. Baptis. à Cacialup. singulariter alijs etiã (quæ ibi citat) adductus, censuit iuribus, in tracta. de debitore suspect. & fugit. 5. quæst. prinp. num. 24. ab Hippol. singulare dictum, & menti tenendum dicente citatus, & sequutus in. d. leg. vnic. de rapt. virgi. num. 31. & in singul. 279. incipien. dixi tibi. quòd est notabile ad limitationẽ illius Ioan. And. celebris dicti in additio. ad specul. tit. de iniur. quòd quando fœmina in honesta, atque impudica nupta fuerit,

fuerit,duci ad carceres pro pecu-
niario debito non debet,quem se
quitur Iason,in. l. ad egregias, ff.
de iure iuran. Andre.Barba.con-
sil.27.col.1.vol.1.Ioã. Lup. in.d.
c.per vestras,3.notab.§.21.nu.21
& Capitius, decis. Neapol. 44.
& ad intellectum, & ampliatio-
nem:legis regiæ.62. Tauri. & sen
tentiæ Bal.in.l.consentaneum, fi.
col. C.quomo.& quand.iud.volē
tis fœminam luxuriose viuētem,
& in honestam pro debito posse
pecuniario,in carcerari, pulchrū
quæ etiam est verbum ad intelligē
tiam pragmaticæ,95.1 vol. prag.
fol.88.innuentis mulierem mari-
tatam quantumcunque in honeste
viuentem,dici non posse concubi
nam clerici,nec vt talis marchari
posse aut puniri: vt procedat nisi
alicui infami,lenoni ve nupta sit,
& satis deducitur ex pragmat. al
tera,97.sub eodem volum.his in
verbis. *Como si las tales mugeres, no fuessen casadas: aunque sus maridos no las acusen.* (& diximus in. 4. hac
n.18. pro parte fundamento vbi & alia
huic á commoda conclusioni no-
tauimus iura.)

¶Sed, & paulo ante citatis adsti
22 pulatur,quod Bal.in.c. 1. in prin.
quis dica.dux vel march. per illū
tex.singulariter notat, quòd co-
mes sine cōmitatu,nō est propriè
comes sed abusiue, á Felino rela-
tus,& sequutus,in.c. Rodulphus.
4.col.versic.commitatus, de res-
cript. & singularissim. Martin.
Lauden.reputat dictum, in dispu
tatio. sua incipien. Augerius. 6:
chart.ex eo in praxi inferens ha-
bentem potestatem à Pontifice,
seu Imperatore,legitimādi quos-
cunque exceptis filijs cōmitum,le-
gitimare posse filios cōmitum qui
sine cōmitatu sunt: & per hæc ita
se consuluisse Paduæ Iason, scri-
bit, in.d. l. id quód apud hostes,
col.fin.delega.1.

23 ¶Et idē Bal.in authen.licētiā.2.
col.vers.sed ponamus est quidā,C
de epis.& cleri.de episcopis nullæ
tenēsibus, decidit quód in episco
po qui dignitatē sine administra
tione habet, (quia episcopatus
suus apud Sarracenos sit,) illius
textus præsumptio cessat: pro vt
etiā dicimus in seruo, & filio qui
necessarius hæres patris, vel do-
mini dicitur,nam potest ante quā
hæreditati,se immisceat, bonorū
separationem impetrare: vt dicit
tex.in.l.1.§.fin.ff.de separatio. si-
bique ob esse non potest nudus, &
solus hæredis sine administratio-
ne titulus.

24 ¶Hucque spectat, quòd is ipse
Bal.in.l.sis qui,§. fin. ff. de excu-
sat.tutor.elegēter notat quòd ha
bens beneficium nomine, sed non
re impetrando aliud beneficium,
non tenetur de primo mentionē
facere.(qua in re pro nunc nō in
sisto,)sequitur tamē, & declarat
Felin.in.c.in nostra,col.4.versic.
de iure ad rem,de rescript. & sex
centa suppetūt huiuscemodi exē
pla quæ quilibet poterit ad no-
tare.

25 ¶Sic, ex ante dictis fit ad præfa
tæ nullitatem sentētiæ paria esse

curatorem non habere defendentem, vel habere, minus tamen legitime defendentem. l. 11. tit. 2. l. 25. tit. 4. l. 3. & 7. tit. 11. part. 3. & l. 4. tit. 11. part. 5. quæ vtiq; procedunt etiam si curator, á principio defendere incepisset, si tamen in medijs causæ (hoc est circa defensiones, & probationes) deficiat. vt tunc nempe sententia sit nulla: secundum doctores, in d. l. cum. & minores. C. si aduers. rem iudica. maxime Bal. & Paul. de Cast. & Saly. in d. l. si præses, num. 4. C. quomo. & quand. iud. & nouissime (vltra alios) Carol. Ruyn. in consil. 36. incipien. primo circa nullitatem. num. 4. vol. 5. & explicat Guillel. Mayner. in. l. & si nihil facile, 2. col. nu. 9. versic. & dicitur indefensus, ff. de regul. iuris, (& quòd dicatur iudicium nullum quando fuit datus curator ad litem pupillo minus legitime, & qualiter debeat dari, vt iudicium valeat. Robert. Marant. scribit de ordin. iudicio. part. 4. distinctio. 16. numer. 36. qui in nu. 26. hoc limitat, quando iudicium tenderet in damnum pupilli, secus quando tendit ad vtilitatē, & ita intelligenda sunt, quæ supra diximus, in. 6. fund. part. 2. nu. 10. & 11. ex eodem Maranta. ibid. num. 29. & 30. cum sequen. facit. d. l. 11 tit. 2. & l. 11. titul. 22. part. 3.) qui bus tandem expeditum fat est dictos Hieronymum, & Catherinam à monte Martha, indefensos fuisse, quamuis eorū genitrix Elisabes ximenia curatrix eisdē foret designata, & vt talis pro eis à principio respōderit, ex quo minus congrue responsum ediderit, eosq; vt decebat, non defenderit, & circa probationes, & media causæ, aliaq; dictis minoribus necessaria, & eorundem ius concernentia, intra terminum à dicto licentiato Moreno, lege vt Toletana, ac instructione regia assignatum peragēda defuerit, quòd q; eos defendere, vt oportebat, et poterat titulum, & plurimos sui in fauorem testes præsentando non valuerit, immaturo processu ab eodem aserto iudice agitato prætenta.

EX. 11. FVNDAMENTO sequent.

Sententia contra cōmissionis seu mandati formā lata, ipso iure est nulla. nu. 1. factum præter cōmissionis formam, ipso iure est nullum. num. 2.

Sententia lata contra mandati qualitatē, nulla est, sicut quæ contra eius formam fertur, nu. 3.

Iudex delegatus commissionis suæ fines egredi non potest. nu. 4. & quicquid vltra agit, nulliter agit, ibidem.

Iudex delegatus, etiam in præparatorijs iudiciorum suam commissionem seruare tenetur. num. 5.

Iudex in his, quæ concernunt procedendi ordinem, seruare debet statuta. nu. 6.

Iudex procedendi modum non seruans, aut alias eum egrediens, facit processum ipso iure nullum, quamuis per statutum non anulletur. nu. 7.

Delegantis intentio est, quòd nemini ius suum tollatur, & ab eo tota pendet delegatio. nu. 8.

Dele-

Delegatus cum delegantis intentione conformare se debet, & si aliud faciat in eo non repræsentat delegantem.num.9.

Factum viccarij censetur factum Episcopi, quãdo bene egit: alias secus. num.10.

Officialis culpa domino nocere non debet. ibidem.

Sententia omnis quando agitur coram iudicibus delegatis iniusta, eadem est nulla.num.11.

Sententia à iudice delegato, contra ius litigatoris lata, & si non appelletur, in rem iudicatam non transit.nu.12.

Delegato exequenti suam sententiam contra ius litigatoris latam, impune resisti potest etiam violenter.num.13.

Iudici de facto contra ius exequenti, aut facienti impune resisti potest.num.14.

Resistentia est permissa, vbi captura est iniusta.num.15.

Officiali resistere potest violenter tertius: in fauore partis offensæ. num. 16.

Ordinarius resistere potest delegato, ne mittat in possessionem iniuste. num. 17.

Iudici irreparabile inferonti grauamen, impune resisti potest.num. 18.

Iudici aliquid de facto facienti assistentes debent resistere, aliàs puniendi.num.19.

Casus, qui Vtrariæ euenit ann. domini, 1542. in persona cuiusdam Gundisalui Egidij. ibidem.

Iniuriam qui à socio, cum potest, non repellit tam est in vitio, quàm ille qui facit.numer.20.

Licitum est cuilibet, iniuste ad mortem ductos per vim eripere.ibidem.

Peruersorum impietati fauet, qui non obuiat, & peruersos non turbat. nu. 21.

Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas cum non defensatur opprimitur. ibidem.

Facere ipse videtur, qui patitur quòd prohibere potest.num.22.

Ecclesia tenetur condemnatos iniuste modis omnibus liberare.nu.23.

Clerici videntes aliquem iniuste ad mortem damnatum, possunt de facto, de manibus familiæ iudicis eripere.nu.24.

Iudici suam exequenti sententiam, non obstante appellatione à reo, seu eius amicis & affinibus, legitime interposita, resisti potest de facto. nu. 25.

Eximens, iniuste, & indebite condemnatum, & ad supplicium ductum, puniendus non est.nu.26.

Mandata ex abrupto, & sine causæ cognitione facta, sentẽtiæ defiuitiuæ, vel interloqutoriæ vim non habent, nec exequtionem merentur. num. 27.

Iudex tenetur audire, quæ coram se allegantur.num. 28.

Iudex fugiens, & se abscondens, nec vsquam sui copiam faciens, & facultatẽ coram se allegandi, contra iustitiam auferens, maximum peccat peccatum.numer. 29.

Papæ, seu Imperatoris præcepto, quàntũuis graui, & intolerabili obediendum, nisi ex præcepto malũ aliquòd immineat, quia tunc obediendum non est. nu.30.

Iudici sub pœna, vt aliquid contra ius fiat præcipienti, non obtemperans, in pœnam non incidit.num.31.

Prælato non seruanti canones, licite negant subditi, obedientiam.nu. 32.

Legibus Imperatorum, quæ cõtra Dei voluntatem feruntur non obtemperans, grande præmium acquirit. num. 33. & in scandali materia, multa.ibidem.

Multa de iure fieri non debent, quæ tamẽ facta tenent.num.34.

Iudici exequenti sententiam contra legem latam, vel aliàs de iure nullam resisti indistincte potest: quàntumcunq; causa ciuilis sit, & reparabilis, vel exequutio pecuniaria reuocabilis. numer.35.

Iudici delegato procedenti ad aliquam

exequutionem extraiudicialiter non facto processu, & sine causæ cognitione resisti potest. nu. 36.

Iudici delegato extraiudicialiter, & exequutiue procedenti, (quia sic habet expresse cõmissum à Principe) obtemperãdum est. num. 37. nisi subesset aliqua legitima causa ex qua appareret mandatum Principis esse iniquum, & præsumeretur ignorantia Principis, quia tunc supersederi debet, & rescribi Principi, & expectari secunda iussio Principis. ibidem.

Delegato volenti exequi, & non supersedere, nec rescribere Principi non potest resisti. num. 38. nisi ab eo appelletur ad hoc, vt expectetur secunda iussio, quia si post appellationem vellet exequi tunc ei resisti posset. ibidem.

Iudici ad iustitiam delegato, extra iudicialiter procedenti, impune resisti potest, etiam violenter, & indistinctè, siue grauamen sit reparabile, siue irreparabile. num. 39.

Iudici procedenti, in negocio sibi non commisso quàmuis iudicialiter procedat, impune resisti potest. num. 40.

Iudici delegato iudicialiter procedenti, volenti tamen iniustè exequi, si grauamen sit irreparabile, resisti potest impune. num. 41.

Iudici delegato exequenti sententiam nullam, impune resisti potest, & in distinctè siue grauamen sit reparabile, siue irreparabile. num. 42.

Iudici delegato exequenti sententiam cõtra ius litigatoris latam, quæ in rem iudicatam transiuit, & tamen nulla non est: resisti non potest. num. 43.

Iudici delegato volenti exequi, appellatione pendente, impune resisti potest. num. 44.

Casibus in omnibus, quibus iudici delegato impune resisti potest, resisti etiam ordinario potest. nummer. 45.

Casibus in quibus, quis valet de facto resistere: potest etiam conuocare amicos, & conuinctos, & conducere stipendiarios pro defensione sui, & rerum suarum. num. 46.

Iudex ordinarius loci tenetur defendere subditos, & ad eius officium spectat prouidere, ne alicui fiat violentia, & ne potentiores opprimãt minus potẽtes. nu. 47.

Princeps scribens officiali, vt exequatur aliquod iniustum, nõ debet illud facere, sed debet rescribere, & expectare secundam iussionem. num. 48.

Lex. 29. tit. 18. part. 3. & ll. 1. 2. 3. 5. & 10 cum final. tit. 12. lib. 3. ordin. regia. & l. 12. cum l. 13. & 29. tit. 4. lib. 2. earundẽ ordinatio. citantur, & expenduntur. ibidem.

Princeps nũquam præsumitur concedere non concedenda, & talis eius mens fuisse præsumitur, qualis de iure esse debet. num. 49.

Leg. 29. tit. 18. part. 3. intellectus explicatur. ibidem.

Compromissum factum in arbitrum, cum clausula, quòd de iure pronunciet, si arbiter contra ius iudicet, laudum dicitur nullum. num. 50.

Vinculum duplex magis potens, & inuiolabile. ibidem.



1 VNDECIMO, quòd eadem à licenciato Moreno sentẽtia lata, ipso iure nulla adhuc fuerit, & aliæ etiam eodem morbo labo-

laborent sententiæ, ex eo pontificatum, vel cuius bppo, aut morio ni constat, quòd latæ fuerint contra cōmissionum, & mandati regij formam, & intra terminum à dicta commissione, & lege audien dis partibus, & earum probationi bus faciendis præfinitum, & intra quem aliás ipse, alijq; iudices regio ex præcepto inuestigare debebant, & de vtriusq; partium iure per se inquirere, & omnibus quibus possent modis se instruere, ac informare. c. per tuas, de arbit. l. diligenter, ff. manda. iuncta leg. & quia, ff. de iurisdict. om. iudi. c. porro, de priuileg. &. c. cui de nō sacerdotali, §. vltim. de præ ben. lib. 6.

2 ¶ Omne enim quód fit, non solum cōtra, immo præter cōmissio nis formam, ipso iure est nullum, l. illud, §. sed si ita, & ibi Bart. ff. quód cuiusq; vniuers. nomi. & Diuus Hieronymus in epistolis, (á Catelliano cotta in suis memoral. in parte, mādati fines, col. 339. citatus,) non ideo putes (inquit) aliqua esse contemnenda mandata, quia leuiora sunt: tam enim maxima illa, quam minima imperata sunt, & contemptus cuiuscunq; præcepti, præcipientis iniuria est: in quouis proposito, in quouis gradu, æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel iussa non facere.

3 ¶ Maxime, cum necdum seruandum sit mandatum, sed etiam qualitas mandati: vt notandus probat tex. & ibi notat Bal. in. c. cum venissent, de eo qui mitti. in possess. caus. rei seruand. Vnde, quem admodum est nulla sententia contra formæ mandati substantiam lata, ita si contra qualitatem feratur. tex. est singularis, in. c. pisanis, & Panormit. adhoc not. in. 4. notab. de restit. spoliat. & singularem Bal. prædicat, in. c. 2. circa princip. de senten. & re iudi. & quasi sub eodem themate Martinus ab azpilcueta Nauarrus exp bcat, in prælectione. c. cum contingat, de rescript. caus. 5. pagin. 119.

4 ¶ **Iudex itaq; delegatus nullatenus egredi** potest commissionis suæ fines, iuxta illud Pauli, ad Thimot. c. 6. ad finem. *Præcipio tibi corā deo, vt serues mandatum sine macula*, & quicquid vltra, aut secus agit: nulliter agit. c. cum olim, de priuileg. c. cū dilecta, de rescrip. (vbi Felin. col. 8. cum sequen. in propo sito pulchra congerit.)

5 ¶ **Etiam in præparatorijs iudiciorum, secundum Speculator. in titul. de delega. §. 1. in prin. tradit Ludoui. de Gozadin. in consil. 101 incipien. audio dubitari, 3. colum. numer. 11.**

6 ¶ Et cum in his, quæ concernunt procedendi ordinem, iudex debeat seruare statuta: vt not. Bart. in. l. cunctos populos, colum. 4. C. de sum. trinit. & fid. cathol. & in. l. 3. in fine, ff. de testib.

7 ¶ Immo, & in his laicorum leges, ac statuta contra clericos obseruari debeant: secundum glo. notabil. in. c. quòd clericis, de foro

 compe

competen. & respondet Cuman. in consil. 139. incip. P. laicus, col. 2 & Cardin. in consil. 144. doctores omnes, I. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. Si iudex illum procedendi modum non seruat, aut aliás cum egrediatur, quamuis per statutum ipsum, si aliter fiat, nō anulletur processus, tamen ipso iure est nullus: glo. est notab. in clemen. 2. de iure patrona, & casus in. l. certa ratione, C. quando prouoc. non est necesſ. prout ibi considerat Andre. Barba. in additio. ad Bart.

8 ¶ Nec enim intentio supplicantis, & sic concilij, seu vniuersitatis Vtrariensis, iurisdictionem dat iudici delegato, quatenus suorum terminorum, & terrarum restitutionem petit: sed ipsa delegantis intentio volentis nemini ius suum tollatur, & quòd talis delegatus intra terminum, in dicta cōmissione sibi præfixum, omnibus quibus valeat vijs se instruat, & veritatem inuestiget, & à quo tota pendet delegatio, iuxta. l. 1. §. qui mandatam, & l. et si prætor, ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic. & notat Philip. Corne. in consil 313. incipien. videtur prima facie 2. col. numer. 4. volu. 3.

9 ¶ Delegatus ergo cum delegantis intentione conformare se debet: & eius voluntati non contra uenire. & si aliud facit, in eo non repræsentat delegantem. c. super litteris, in fine, & ibi Panormit. de rescript.

10 ¶ Et tunc, cum delegante eadem reputatur persona, quando iuridice procedit, & secundum delegantis intentionem: secus, quando alio procedit modo: vt in eadem fere specie Paul. d Castro notanter scribit, in consil. 348. incipien. notandum, quòd adulterium, col. fin. ante numer. 2. volu. 1. dicens tunc demum vicarij factum, censeri factum Episcopi, quādo bene egit, aliás secus: quia male agere sibi permissum non est: & tunc illum facit tanq̃ priuatus, & dominus illi facto haud tenetur stare, quia in hoc nunq̃ consensit, & culpa officialis domino nocere non debet. argumē. l. 1. §. si procurator, ff. si quis ius dicent. non obtemper. & in. l. creditor. §. Lutius, ff. mand. (quòd in praxi, singulare, & quotidianum est, contra conciliorum, & vniuersitatum decuriones, & rectores negligenter, aut perperam nonq̃ modo debito, ac sicuti ius est, & ratio postulat earumdem negotia tractantes.)

11 ¶ Et hinc est, quòd quando agitur coram iudicibus delegatis, nulla sententia est iniusta, quin eadem non sit nulla, nam iudici delegato, vt iustitiam ministret mandatur, non autem contra ius pronuntiet, consequenter pronuntiando iniuste, discedit à forma mandati, & processus ipso iure est nullus. ita Iason, notans ibi tex. ad hoc, in. §. in bonæ fidei, 2. colum. numer. 6. instit. de actio. post Ioan. de Plate. & Ioan. fab. ibidem dicentem hoc tenere doctores

ctores iuris canonici,& notat Oldra.in consil.93.incipien.orta materia.col.1.

12 ¶Sic quoq; eadē sit ratione, sententiam à delegato contra ius litigatoris latam, & si non appelletur, in rem iudicatam non transire, iudicio Hostiē.in c.fin. de praeben.& in.c.1.de offi. delega. quē sequitur Andre. Barba. in additio.ad Bart.in.l.2.C.quand. prouoc.non est necess. & in additio. ad Panor.in.d. c. cum dilecta, de rescript. in additio. incipien. ordo iuris, post medium, & voluit Oldra. in consil. 81. incipient. quòd processus factus, colu. 1. & Robert. Marant. de ordin.iudicio.part.4.num. 37. pagin. (mihi.)127.

13 ¶Et eam non reuocanti, sed de facto etiam ipsi exequenti iudici licere etiam de facto resistere, textus (ita intelligendus) probat, in.l. prohibitum, & in.l. defensionis facultas. C. de iure fisc.lib. 10. vbi Bart. & omnes doctores notant. idem Bart. & Ioan. de Platea, in. l. contra nostra praecepta, de exequutor. & exactor. lib. 12. vbi etiam Bald. ijdem Bart.& Platea, in.l. deuotum. C. de meta. & epid. lib. 12. facit tex. in.l. quoniam iudices, C.de appel.& in.l.eis quidem, C. qui milit. non pos. lib. 12. & in l. omnes, 1. de decurio. lib. 10. (vbi si officialis, vult torquere decurionem contra, ius potest si bi resisti.) & voluit glo. final. in l. toties, §. fin. ff. de pollicita. & in. l. non videtur. §. qui iussu, ff. de regul. iur. & in.c. ex literis, verbo, denuncieris irritam, de off. delegat. & glo. verbo, & si sciat. c. pastoralis, §. quia vero, & ibi Innocen.eod.titul.idem Innocen.in.c.dilecti.num.1. de senten.excommunicatio.

14 ¶Et quòd iudici de facto contra ius exequenti, aut facienti, impune possit resisti, Din. scribit in reg. quòd quis mandato, & ibi addition. de reg. iur.in.6. Bal.in. l. addictos, C. de Episcop. audien. Cardin.in clemen. pastoralis, versic. ceterum, de re iudi. Angel. in tracta malef.in part. quòd fama publica, numer. 56. versic.secundo quaero,& in part. praesente Cayo, & appellante, numer. 30. versic. quid autem, Iason,in.l.vt vim.4.colum.num. 19. ff.de iusti.& iure, Decius,in.l. factum à iudice, ff. de reg. iur. Chassen. in cōsuetud. Burgund. rubri. 1. §. 7. versic. & intellige, Alexand. & communiter doctores, in.l. sed eximendi, §. item si quis, ff.ne quis eum qui, in ius voca. idem Alexand. in consil. 145.incipient.post redditum, 2. col.vol.2.

15 ¶Sic, vbi captura est iniusta, resistentiam esse permissam, Petrus follerij, notat nouissime, in fine practi.criminal.1.part.2. part. in parte,notatus capiat de persona, numer.17. & tunc inquisitos nō dici curiae resistere: sed se defendere,l.1.§.si ideo, ff.ne vis fiat ei, & .l.1.§.Offidius, ff. ne quis eum

qui, quòd est singulare in praxi ad intellectum. l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. regiarum, & dictis iudicibus, eo in casu licere resistere, de facto, & contra ius procedẽtibus: sanct. Thom. probat. 22. quæst. 69. art. 4.

16 ¶ Sed, & Panormit. in. d. c. ex literis, de offi. deleg. dicit per illius tex. paulo ante citatam glo. probari, quòd etiã tertius potest violenter resistere officiali, in fauorẽ partis offensæ, & idem Panor. in c. si quando, de offi. delega. vbi dicit dictã glo. singulariter esse notandam, & notatur, in. l. 3. in prin. & in. l. si quis in seruitute, in fin. ff. de furt. vbi Bar. ĩ fine tenet quòd quilibet potest iuuare offensum, non solum in rebus, sed etiam in persona, & idem Bart. in. d. l. prohibitum (vbi voluit quòd amici, & coniũcti possunt sine alia conuocatione, iuuare offensum. & idem Bart. in. l. prætor, §. si quis aduentu, ff. vi bono. rapto. & Paris de Puteo, in tracta. syndica. in verbo, resistentia, colum. 1. & ipse Bart. in. d. l. deuotũ: scribit, quòd si aliquis vult me expellere de possessione mea, possunt amici, & cõsanguinei mei licite expellere, & etiam percutere expellentem pro defensione mea, quòd dictum dicit esse valde notandum. & ante dicta sequitur Bal. in. l. 1. col. 8. quæs. 8. cum. 7. q. præcedentibus, C. vnde vi. & Cepola, causa. criminal. consil. 4. incipien. visa querela. colum. pen. & fin. generaliter concludens quòd vbicunq; est licita defensio alicui, potest etiam conuocare amicos, & coniũctos impune, & notat Andre. de Ysern. in constitutio. pacis cultũ, vbi dicit notabile verbum, quód moderatio quæritur in defendendo, quando quis offenditur in rebus, secus si in persona.

17 ¶ Et Nicola. de Neapol. in. d. l. prohibitum. notab. inquit quòd ordinarius potest resistere delegato, ne mittat in possessionem iniuste.

18 ¶ Locumq; præfata maxime obtinent, quando iudex iniuste irreparabile inferret grauamen: eonamq; in casu impune sibi resisti posse. Cynus tradit, in. d. l. 1. in fin. C. vnde vi, & in. l. ab exequutione, C. quor. appel. non recep. & Bal. in. d. l. 1. col. 8. num. 43. versic. quæro an iudici possit resisti, & in d. l. vt vim. 3. col. 7. quæs. num. 8. vbi etiam Iason, nu. 19. versic. tertio limita, & Detius, nu. 24. cum sequen. idem Iason, in. §. pœnales, 18. col. num. 108. inst. de actio. late Hippol. in. l. 1. in prin. numer. 17. & in. l. edictum. 1. col. num. 3. ff. de quæstio. & in. l. 1. in prin. ff. ad leg. Cornel. de siccar. 9. colum. nume. 81. cum sequen. & in practi. §. diligenter, 8. colum. numer. 54. & post Panor. numer. 2. Felin. colu. & numer. (etiam) 2. Detium. 3. & Martin. Nauarrũ, pagin. 127. in. d. c. si quando, de offi. delega. Matthe. de Afflict. in. 1. libro, constit. Neapolit. rubri. 8. col. 17. nu. 56. & . 60.

19 ¶ Et Chassen. in. d. rubri. 1. §. 7. num.



num. 14. notans iudici aliquid de facto facienti, asistentes debere resistere, aliàs puniendos: secundũ glo. quam ibi dicit notab. in d. l. quoniam, verbo, restiterit. C. de appella. quam etiam Alexand. refert & sequutur, in consil. 1. incipien. viso processu inquisitionis formatæ, 3. col. numer. 14. versic. prædicta cõfirmãtur. vol. 3. (vbi dicit, legem dicit notab.) & notat Bar. in tracta. reprææsalia. 2. quæst. 6. quæst. princip. Angel. in d. male fic. tracta. in part. de consensu, & deliberatione. num. 3. & 4. & Paris de puteo, in. d. tract. synd. in parte resistentia, per quæ videtur decidi posse casus ille Vtrariæ qui euenit, die quinta mensis Nouembris, ann. 1542. in quodam Gũdisaluo Ægidio hospitalario, hospitalis incarnationis Dominicæ, iã sene, & ebrioso, qui intra illius limina, puellam euiusdam Bartholomei Gometij de Lara, (ad se cum illac per callem transiret, vt suo domino iam noctu vinum cõpararet vocatam) eum stuprare, (quòd fere octo annorum esset) genitali membro nõ valeret, præ temulentia, (qua semi sepultus, tunc erat, & de qua nedum ex eius olfatu, sed ex dictis, & factis constabat,) digito efficere est conatus: quem cum Doctoris Ortigij, ea tempestate vrbi Hispalensi præfecti, quidam licentiatus Gudiel Ceruatos de loaysa, in toto eiusdem ciuitatis territorio locum tenens, de quærela dicti Bartholomei Gometij, extra hospitale illico adsciuocatum caperet, & in carcerem de truderet, & albescente iam sequenti die fere, post horas decem, à cõmissi delicti tempore, eo non audito, minus legitime, & vt decebat defenso, ac ex abrupto, & præcipitanter, vt collo suspenderetur condemnasset, & confestim sententiam exequi iuberet, seq; abscõderet, ne ab ea, sibi intimaretur appellatio, plures laici, & ex clericis non nulli, pro tunc dictum senem iuxta patibulum suspendendum, ab officialium, & ministrorũ eripiẽtes manibus, vsq; in ecclesiam (cathena, ferrea, & ipso func, vt erat ligatum) proprijs fere portarunt humeris, quos contra prædicta iura, eidem vrbi præfectus ortigius, Vtrariam statim petens, quot quot ex laicis potuit capere varijs pœnis corporalibus, & pecuniarijs mulctauit, & clericos suo mandato captos, suis in vinculis ad ordinarium remisit, qui tandem sententia lata, de consilio haud obscuri dictæ ciuitatis licentiati Gallegos, aduocati illos absoluit, & præfatum Bartholomeum Gometium de Lara accusatorem, in expensis condemnauit, & quidem merito, quippe qui iustissime dictum senem liberauerant: iuxta Salomonis sententiam. *Eripe eum,* (dicentis) *qui ducitur ad mortem, prouerbio.* 24. & illud Hieremiæ. cap. 22. *hæc dicit dominus facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum, de manu calumniatoris.*

20 ¶ Et in depellenda illa iniuria, virtutis lege vsi fuerint, cum qui á socio iniuriam, si potest, non repellat, tam sit in vitio, quam ille qui facit. c. nō inferēda. 23. quæs. 3. vbi ponitur exēplum de Moyse, qui defendit hebreum ab ægyptio iniuriam accipientem, & ipsum ægyptium interfecit: & ibi glo. ordinaria, verbo, eripe. singulariter notat, licitum esse ad mortem iniuste ductos per vim eripere.

21 ¶ *Qui* (enim) *potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quàm fauere impietati eorum, nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare.* c. qui potest. 23. q. 4. c. sicut dignum, §. illi etiam de homicid. *Error,* (namq;) *cui non resistitur approbatur, & veritas cum minime defensatur opprimitur: negligere quippe cum poßis perturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? cum consentire videatur erranti, qui ad resecanda quæ corrigi debent non occurrit. c. error.* Cum sequentib. 83. dist. c. qui consentit peccantibus, 11. quæs. 3. c. ostendit. 23. quæs. 3.

22 ¶ Et qui patitur quód prohibere potest, ipse facere videtur: l. liberorum, in fine, & in. l. quid ergo, §. 1. & l. non alia, ff. de ijs qui notan. infam. c. si quis conuictus, 22. q. 5. l. si seruus sciente, in princip. ff. de noxal. l. iubemus, §. œconomus, C. de sacrosanct. eccles. & in. l. adigere, in prin. ff. de iure patro. cum similibus, sic Aurelius Augustin. super psal. (innuit) qui desinit obuiare cum potest, consentit. &. M. T. Cicero. lib. 1. officiorum, qui autem non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in uitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat, & sapientissimus Solon, illam rem publicam beatam dictitare solebat: in qua quisq;, iniuriam alterius suam existimarit. Vnde, apud ægyptios proditur reos mortis fieri, qui iniuriam patienti opem non ferunt. quòd si non possunt accusare iniurios debent: quòd si non fecerint, plagis, & triduana inedia castigantur, quód vtiq; de iure procedit canonico, secus autem de iure ciuili, vt aduertit Iodocus, damhouderius, in suo rerum criminal. Enchiridione. cap. 80. de necessaria defensione amicorum. nu. 5. cum seq. dicens communem opinionem, quicquid Detius conetur, in. c. 1. de offic. delega. Sed de iure etiam canonico, manifesto negligens obuiare facinori tanta non punitur pœna, nisi prælatus sit, vel superior qui vitijs obuiare tenetur: vt est glo. in. d. c. 1. quam Iodocus. numer. 12. ibidem, sequitur qui. numer. 8. 9. & 10. trifariam limitat, quòd de iure ciuili præostensum est dictum.

23 ¶ Sed, & huiusmodi ad mortem condemnatos, ecclesiam teneri modis omnibus liberare, egregia tenuit glo. verbo, iniuste, circa finem. c. hi qui, 14. quæst. 6. &

in. c.

in.c.reos,verbo,defendat, in medio, 23. quæſ. 5.

24 ¶ Et clericos videntes aliquem iniuſte ad mortem damnatū, poſſe eum de facto è manibus ſeminæ iudicis eripere. Archid. eleganter notat, in.c.cum homo. 23. quæſ. 5. & Alberi. in, d.l. addictos, C. de epiſcop. audien. Alexand. de Imol. in conſil. 144. incipien. poſt redditum primum conſiliū. colum. 1. 2. vol. Auguſtin. de Arimino, in additio. ad Angel. in tracta. malefic. in parte, præſente dicto Cayo, & appellante. fol. (in paruis.) 316. colum. 3. in medio, numer. 29. in final. verb. Hippol. Marſilien. in. l. 1. in prin. 6. colu. numer. 17. ff. de quæſtio. & in. l. 1. in princip. ff. ad leg. Cornel. de ſiccar. 9. column. numer. 80. & in pract. cauſa. criminal. §. attingam. 6. column. numer. 41. Ioan. Bern. in praxi crim. cano. c. 95.

25 ¶ Quibus etiam ex præcedentibus infertur, ne dum clericis ipſis, verum etiam mere Laicis licitam fuiſſe prædicti Gundiſalui Ægidij, deliberationem, quandoquidem dictum ſenem delicti perpetrati tempore, vino captum, notorie eſſe conſtabat, id q; tunc omne vulgus teſtaretur, nullusq; eſſet, qui ex dicti temporis nimia breuitate, non etiam argueret, ſententiam iniuſtam, (vtpote non adhibita cauſæ cognitione latam,) & hoc illius loci oppidanei, & omnes ad inuicem colloquerentur incolæ, maxime, quando ipſe iudex, eundem ſenem appellantem, & alios homines illius oppidi non vulgares cauſam illam maturius dignoſci poſtulantes audire minime voluerit, in interiore ſuæ domus parte, ſimul ac, mandata dedit, ita ſe recludens, vt minus ab omnibus, & ſingulis illius oppidi hominibus, appellationem eiuſdem ſenis nomine interponentibus, ſeu exequutionis ſuſpenſionem illo pro tempore efflagitantibus adiri poſſet: quo non apparente ipſaq; ſententia contra miſerabilem ſenem alta voce clamantem, ac omnipotentis Dei iuſticiam poſtulantem non ſine magno vxoris ſuæ fletu, & aſtantium omnium clamore, & dolore eum iniuſte condemnatum prædicantium, & contemplantium, iam iam exequenda eſſet: quippe qui per dicti oppidi Vtrarienſis vias publicas, & conſuetas adductus ad patibulum, breui laqueo, ſuſpendendus erat, clerici, & laici eundem à familiæ manibus, ratione ſalua, ac iure optimo eripere potuerunt, ipſiq; iudici, ita de facto exequenti reſiſtere, & talem exequutionem impune impedire.

¶ Quibus (vltra prædicta) ſingularis Innocētij doctrina fauet, in.d.c. ſi quando, in verbo, reſiſtere, de offic. delega, notabiliter docentis, quòd ſi reus condemnatus appellat, vel eius amici, ſeu affines pro eo, leg, non tantum, ff. de appel-

appella.iudici suam capitalẽ sententiam appellatione nõ obstãte volenti exequi, de facto posse impune resisti, quàm dicens singul. Bal. refert, & sequitur, in. d. l. addictos, 1. colu. numer. 2. C. de episcop. audien. & Saly. ibi, in fine. Angel. d Aretio, in. §. pœnales. 8. colum. numer. 17. de actio. & ibi Iason. 18. col. numer. 108. Augustin. Ariminens. in additio. eiusdẽ Angeli, in tracta. malefic. in parte, præsente dicto Cayo, fol. paruo, 316. col. 3. num. 29. circa finẽ. Guilicl. Benedict. 2. part. repet. c. Raynutius, verb. mortuo itaq; testatore. 1. num. 181. de testam.

26 ¶ Et Hippol. Marsilien. in. d. sua pract. §. diligenter. 8. col. num. 53. & in. §. attingam. 6. col. num. 39. & in. l. 1. in prin. ff. de quæs. num. 16. in fine: vbi concludit eximentem condemnatum indebite, & ad supplicium ductum, pœna aliqua non puniendum, & scribit idem Hippol. in. l. 1. in prin. 9. colum. num. 81. ff. ad leg. Cornel. de siccar. & in præallega. praxis. §. secunda, colum. penul. numer. 83.

27 ¶ Præsertim, cum dictus senex Gũdisaluus Ægidius virtute paulo ante citatæ sententiæ, ab illo locum tenente Loaysa latæ, (quæ nulla fuit. vt ex supra, in. 5. fundament. huius nostræ. 2. partis adductis, & infra in. 15. 17. 19. & . 21. fundament. patet.) condemnatus dici non posset: vt est tex. notab. in. l. Hic non obtulit. §. condemnatum, & ibi. num. 2. expressim Iason, not. plura ex hoc inferens, ff. de re iudi. & sententia quæ iuris effectu careat, autoritate etiã, & rei iudicatæ nomine debeat carere. clem. pastoralis, (vbi egregius tex.) in fine, de re iudi. c. fin. cod. titul. lib. 6. & in. c. in primis, 2. quæs. 1. l. fin. ff. de pœn. l. statutis, C. de sent. ex per. recitan. & in l. prolatam, C. de sent. & interlo. om. iudi. quódq; mandata ex abrupto, & sine debita causæ cognitione facta, sententiæ diffinitiuæ, vel interloquutoriæ vim minime tenent, nec exequutionem merentur: vt not. Probus in additio. ad Ioan. Monach. in. c. 2. col. 4. de constit. lib. 6. & Ioan. Lupi á palaci. ru. in tracta. de benefic. in curia vacan. §. pen. colum. pen. quem (licet meo in codice corrupte) Martín. Nauar. citat, & sequitur, in. d. c. si quando, pagin. 129. de rescrip. pro quibus tex. (secundum intellectum Iacobin. de sanct. Georgio ibi,) in. l. ne quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. pro consul. & leg. maxime, quando per huiusmodi processus, subitasq; sententias regiæ subsit proctetionis contemptus, & scandalum præbeatur, contra cap. nihil cum scandalo, de præscrip. c. 2. de no. oper. nuntia. c. ad aures, de tempor. ordinan. c. cauendum, 10. q. 3. c. nolite, 11. q. 3. & illud Matth. 18. *Ve illi per quem scandalum venit.* Et quæ notanter, in hoc proposito Nicol. Euerard. tradit. loc. legal. centuriæ locó. 46. Lucas de Pena i. l. liri

bus,

bus, ante pen. col. versic. quid si causa, de agricol. & censit. lib. 11. & in. l. ad splendidioris, col. 2. C. de diuers. offic. lib. 12. & in. l. prædia. 6. col. de locatio. prædio. ciuil. lib. 11. & latius Fernand. à Loazes, in tracta. d. noua pagano. reg. Valent. conuersio. fol. 11. col. 36. cum sequentib.

28 ¶ Et coram ipso iudice, vllam sui copiam haud faciente, multa allegari possent, quæ ille tenebatur audire, iuxta ea, quæ Felin. colligit, in. c. de cetero. 2. col. de re iudi. & in. c. pastoralis, §. quia vero. 2. col. nu. 16. cum sequentib. de offic. deleg. & i. c. final. d præsump. à num. 22. in. 29.

29 ¶ Et is fugiens, & se abscondens, nec vsquam sui copiam faciens facultatem ea allegandi contra iustitiam abstulerit, maximum peccans peccatum: vt ex diuo Thoma, communiter recepto, clare cõspici potest. 22. quæst. 59. art. 4. & iuxta illud Ioan. 3. *Qui male agit odit lucem*. & c. consuluit, de offi. del. c. perniciosam, 18. quæst. 2. c. 1. vt eccles. benef.

30 ¶ Quodq; dicto iudici iniusta præcipienti, obediendum nõ erat, cum etiam (licet præcepto Imperatoris, & Papæ quantumuis grani, & intolerabili obediendum sit. c. in memoriam, 19. dist. c. contra morem, vbi not. glos. verbo, patientissime, 100. distin. c. quid culpatur. 23. q. 1.) si, ex eius tamen præcepto aliquod immineret malum Imperatori, seu Papæ, illo in casu obediendum non est, ex notab. Innocen. sententia, in. c. inquisitioni, circa finem, de senten. excom. quam ibi Hostien. Ioan. Andre. Anton. Panor. & omnes sequuntur, & Cardin. consil. 147. incipien. videtur circa finem, & in cõsil. 150. incip. quæsitum sæpe, in fin. Panor. in. c. si quãdo, de rescrip. & in. c. cum teneamur, de præbẽ. Francis. de Curt. in consil. 66. incipien. sapienter, col. 20. in vers. & ideo dicimus. à præalleg. Fernando à Loazes hoc idem cẽsente citatus, & seq. in. d. tract. de no. reg. val. pag. con. fol. 11. colu. 34. num. 48. & post Carrerium, in tract. de hæreti. num. 99. Septiman. not. in. cap. 44. de Papa. nu. 31. sic etiam, quando Papa rescribit alicui, quod aliquod exequatur iniustum, potest ille non exequi: & apostolicis contra venire literis, si illud quod iubetur, appareat iniustum. & debet rescribere Papæ: & secũdam expectare iussionem. c. si quando, & ibi not. Panor. de rescrip. vbi idem dicit procedere etiam si excommunicationis pœna, in papæ sit mandato: et dicit notãter glosa, in. l. puniri, C. si contra ius, vel vtil. publi. quòd non debent timere miseri prælati veritatem sectari, & literis non obedire Principis. idẽ inuit glo. in verbo, nuntians, in. §. deinde, in authen. de mandat. Princip. colla. 3. & faciunt regiæ leges infra eodem fundamen. numer. 48. citandæ.

31 ¶ Et ita passim legimus iudici

sub

sub pœna, vt aliquid cõtra ius, fiat præcipienti, nõ obtemperantes, in pœnam non incidere, & Matthe. ab Afflict. explicat, in lib. 1. constitutio. Neapolit. rubri. 25. col. 12. num. 41.

32 ¶ Et prælato non seruanti canones, licite subditos obedientiam negare, egregia censuit glo. c. sacerdotes, 2. quæs. 7. & citat Felin. in. d. c. si quando, col. 1. in prin. de rescrip. & Panor. dicens mirabilem, in. c. sciscitatus, 3. col. num. 9. cod. tit. & in. c. cum non liceat. 3. col. nu. 5. cum seque. de præscrip. Præposit. Alexandri. in. c. 1. 2. col. nu. 8. de consang. & affin.

33 ¶ Sic, quicunq; Imperatorum legibus quæ contra Dei voluntatẽ feruntur obtemporare non velit: grande præmium acquirit. c. qui resistit, cum seq. 11. q. 3. & hinc sane laicos istos, qui senem hunc eripuerint præmio, potius q̃ pœna afficiẽdos. c. Imperatores, (vbi singula. tex. 9. dist.) quem sub eadem fere specie Lucas de pena citat, l. l. quicũq;, col. fin. in fin. verb. C. de re milit. lib. 12. Nec tantum superioris obedientiæ, cum ipse quid iniquum præcipiat super se dendum est, sed, & cum aliquid iustum præcepit, ob euitandum tamen scandalum, si quidem illud iure naturali, & diuino prælatis, & superioribus obediẽdum esse, sub peccati pœna inductũ: prouerb. 8. ad Rom. 13. c. quo iure, 8. dis. quod præcipitur, 14. q. 1. c. 2. de maior. & obed. c. omnis anima, de censib. tunc cesset, & propter scandalum vitandum omitti iuste possit obedientia hæc, vt probat tex. optimus, in. c. si quando, de rescrip. & in. l. si vindicari. C. de pœnis, & in. c. cum teneamur, de præben. secundum expositionem Cardin. ibi, dum solam scandali rationem sufficere illa, in specie Romanus censet põtifex, vt eius minime obtemperetur literis, & facit egregia glo. in c. 2. 62. distin. quæ probat electionem alioqui iuste factam irritam fieri, & ob euitandum scandalum reuocari, not. Panor. in. c. 1. col. 2. de elect. Felin. in. d. c. nihil. de præscrip. & Decius in. d. c. cum teneamur, quibus adstipulatur tex. singul. in. c. nisi cum pridem, §. pro graui quoq; scandalo, de renunt. & in. c. quæsitum, (vbi idem Panor.) de rerum permutatione, & inde ratione vitandi scandali, Romanum posse Pontificem, aliquem beneficio ecclesiastico priuare: cuius titulum canonicum habebat, si commode fieri potest, dato alio, itidem, beneficio, vel damni lœsione compensata tradunt Philip. Decius, in. d. c. cum teneamur, in. fin. dicens cõmunem opinionem, & Hippol. Marsilien. in singul. 683. incipient. alias in repet. & in sing. 634. incip. credo te scire: post Innocen. in. d. c. nisi cum pridem, Federi. de Sen. in tracta. de permuta. beneficio. quæstio. 25. glo. in. c. Episcopus de loco. 7. quæs. 1. & Cardi. in clemẽ. 1. quæs. 4. de rer. permut. potius enim recipu-

reipublicæ quòd quis re propria priuetur expedit, quam quòd scā dalum oriatur, cum id aliter vitari nequeat, nec ex malitia procedat, ita vt glo. sing. in. c. si papa. 40. di stin. cēsuerit Papā deponi posse ratione huius scandali, quam Panor. citat, in. c. significasti, de elect. & in disput. sua incip. Episcopus, ī fin. 2. dubij (vbi dicit) à toto mūdo esse approbatam, & in. c. proposuit col. fin. de concesf. præb. Rom. in cōsil. 523. incip. quæstio discutienda. Felin. in. c. ad audientiam, & rescrip. Claud. de seyssello in tract. Feudo. tit. qui Feud. dar. pos. 5. col. versi. sed difficultas Hippol. 1. c. at si clerici, §. de adulterijs nu. 74. ad fin. de iudi. & Decius (qui etiam cōmuniter approbatā testatur) in consil. 151. incip. maximi ponderis. 3. col. versic. est, & quintus casus, licet Theologi Augustinus de Anchona, Pet. de Palude, & Anton. Arch. flor. qui, & eos refert, & sequitur, in. 3. part. sum. theo. tit. 20. c. 4. §. 3. & in tit. 23. c. 2. §. 6. in fin. cōtrariū teneāt quòd, & Cardi. in. d. c. si papa probat. referens diuum Thomam ita tenuisse, & Bal. & Angel. (ob id) notant, in. l. bene à Zenone, C. de quadrie. præscrip. quòd ciuitas pro habenda pace, & vt scandalo locus non detur, res posse priuatorum donare: quòd vt valde singulare Felin. refert, & sequitur, in. c. quæ in ecclesiarū. col. 20. de cōst. Alex. consil. 101. incip. visis instrumentis exemptionis. 5. col. circa fin. vol. 1. & cons. 361. incip. nec arguendi sumus. 4. col. post med. 2. vol. Iason post alios, in. l. venia col. fin. C. de in ius vocan. & in. l. conuentionem, col. (etiam) fin. in fin. post scriben. ibi, ff. de pact. & in. l. Gallus, §. & quid si tantum, in 1. & 2. lect. ff. de lib. & posth. & Bart. quem ibi sequuntur Angel. Imol. Alex. & dd. in. l. quòd iussit per glo. ibi, ff. de re iudi. scribit quòd si duo ad inuicem inter se guerram, seu bandositates (sic ipse loquitur) habeant posse iudicē scandalis, vt obuietur certa sub pena præcipere, & prohibere, ne alter ante portam, vel domum alterius transeat. l. 1. §. fin. ff. de off. præf. vrb. l. moris, in princ. ff. de pœnis, & tenet Ioan. Andre. post Guid. de susa, in addit. ad Specul. in tit. de pign. §. sequitur, versic. sed quid si timeo: inquiens eo in casu iudicem per certos limites, & fines ne incedant sub pœna prohibere. & sequitur Alexan. in. l. qui bona, §. si quis iusta, ff. de dam. infec. & Iason, in. l. fin. per tex. ibi, ff. de off. procur. Cæsar, per quē notabil. Alber. ibi post la cob. de Aren. notat quòd si duo sint inimici, potest iudex prohibere ne alter, ad alterius cōtractum, seu viā vadat, quòd iā habui in facto, & ita iudicaui, in causa quorūdā incolarum oppidi, *de Moron de la frontera*, quibus nempe fit cum scandalo, minime obediendum esse superiori, etiam Papæ, & quoties rectitudo rationis dictat, potius, quòd non obtemperetur expedire, q̄ quòd scandalum oria-

oriatur, etiam si superior præceperit obedientiam non obstante scandalo: siquidem hac in specie potestatem tale præcipiendi non habeat, vti censent Bal. in. l. rescripta, col. 2. C. de præcib. Imp. offe. & Detius in. d. c. si quando de rescrip. col. (Item). 2. quidquid ipse, & Panor. senserit, in. d. c. cum teneamur, cauere enim præcipue prælati debent, subditorum scandalum. c. cauendum. 10. quæs. 3. & qui non impedit scandalum, quando ad eum expectat prohibere, videtur ipsum perpetrare: secund. Bal. in. l. si seruus. ff. de noxal. á Detio citatum, & sequutum, in. l. culpa caret. col. 1. ff. de reg. iur. vnde licet alioqui superioris præceptum, indubio præsumatur iustum. c. si quid culpatur, 23. quæs. 1. glo. in. c. ad aures de tempor ordin. c. in præsentia, de renun. c. ita ne, 32. q. 5. glo. in. c. 2. de maio. & obe. & notat Paluda. in. 4 dis. 19. quæs. 4. col. 3. potest tamē eius exequutio differri quoties maius ex ea timeretur damnum, quam ex dilatione, quæ fit, donec appareat de vera præcepti iustitia: secund. Adrian. quodlibet. 2 versic. pro solutione, domini. á Soto, (inter Dominicanos nostrates iubar scientiæ, & virtutis clariss. præceptorem meum) in relectio. de secreto. 3. membro. quæs. 2. cōclus. 1. & . 2. & Martin. ab Azpilcueta Nauar. in. c. inter verba. 11. quæs. 3. corol. 53. & reuerendis. Couarru. (præceptores ambos etiam meos colendissimos,) in. 1. part. relectio regul. peccatū. nu. 5 prope fin. de reg. iur. vbi à. nu. 4. præced. scandali materia longe discutitur.

¶Nec prædictis oberit præfatū senem Gundisaluum Egidiū ex post facto, per agros, & huius Vtrariensis oppidi latitātem terminos, á quodam cōpræhensum, & in carcerem coniectum, per dictum vrbi Hispalen. præfectum, eiusq; baccalarium Ioannē Dorta locum tenentem (acris in gubernando ingenij Lusitanum,) furca fuisse suspensum, cum nullus esset qui defendere senem illū auderet, neq; coram eodem præfecto comparere, adeo seuere se in hoc exhibente negotio, vt ille Laicus, siue clericus saluti suæ met consultum satius censuisset: qui magis aufugisset, seq; in pedes dedisset.

34 ¶Et multa de iure fieri non debeant, quæ tamen facta teneāt. l. 1. in prin. ff. de fer. l. 1. §. biduum, ff quand. appel. sit. l. si fundum. ff. de fund. dotal. l. relegatorū, §. ad tempus, ff. de interd. & releg. d. l. moris, §. sunt autem, in fin. ff. de pen. l. eleganter, §. si quis post, ff. de cōdi. in deb. l. fin. §. fin. vbi not. Bal. ff. de eo quód met. caus. & in l. patre vel marito (vbi late Iason plura cōgerit dicta,) ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. Ioan. á Nevizan. suæ siluæ nuptialis fol. (mihi) 137. col. 1. & Hippol. in. l. 1. §. cogniturum, col. 1. cum sequē. & i. l. si quis ne quæstio. 17. col. nu. 90. cum sequentib. ff. de quæstio.

quæ



quæ ab ipso Deo optimo , & Maximo tolerantur Regibus , & inferioribus,ac omnis lingua tacet,& quilibet homo videtur mutus,& surdus: secūdum illud Dauiticum, psalmo.37. *Tāquam surdus non audiebam,& sicut mutus non aperiens os suum,& factus sum sicut homo non audiens,& non habens in ore suo redargutiones.* vt aliàs in simili Hippol.ipse conqueritur in.d.practi.§.expedita,11.col.nu.86.in fine,& latius in rubri.ff. de fideiussor.nu.383.cum sequen. Vnū tamen omitam minime, quód horresco referens, me, de ante dictæ sententiæ admirantē exequutione, postquam è Salmantica,causa matrem,& lares proprios salutandi, Anno quadragessimo quarto supra millesimū,& quingētessimū Vtrariam veni, proprijs audiuise auribus ab eodem Ioanne Dorta,ea etiā tempestate locū dictæ vrbi præfecti in toto eius territorio tenēte,sententiam illā de mādato illius doctoris Ortigij, ideo exequutioni mādasse,miserandūq; senem hunc laqueo suspendisse: ne primi error pateferet iudicis,& ne aperte constaret,nedū illorum clericorum,sed,& laicorum resistentiam, ac in obedientiam extitisse licitā:&ne de cætero arbitrantes,sibi impune futurum iustitiæ Regiæ ministros contemnentes,alios ad mortem condemnatos,& ad vltimū supplicium ductos, ab eorum manibus eriperent, illud tamen ipse locum tenens pleno ore fatebatur,& publice dictabat quód si senex ille, vel quibus alius pro eo ab hac sua vltima prouocauisset exequutione, appellationi detulisset,ac apostolos concessisset. Quorum omnium, (si ita sunt) Deus ipse optimus,& Maximus,Pater atq; hominū Rex, qua summa,& ineffabili clementia est, misereatur, nec eos suo preciosissimo redemptos sanguine,cadere permittat gladio, iuxta Augustinum in libro.2. contra Manicheos,illud, Matthe.26. *Qui gladio vsus fuerit gladio cadet.* sic exponentem, ille gladium accipit q̄ nulla superiori, ac legitima potestate,vel iubente,vel cōcedente in sanguinem alicuius armatur, c.ille gladiū,23. quæst. 3.nosq; sub nostro potētissimo, simul,& pientissimo (qui diutissime nobis viuat, Regnet,& imperitet,)huius nominis Hispaniarum,& noui orbis Rege secundo Philippo, sua in sacra fidei Catholicæ,& Romanæ sanctæ matris ecclesiæ religione Regere, coadunare, & custodire dignetur: vt,& hac vita functi cœlorum Regna consequi valeamus. Amen.

35 ¶Cæterum, vt eamdē rē à qua digressi sumus redeamus quantumuis grauamē reparabile sit, & causa ciuilis, pecuniariaq; exequutio reuocabilis, iudici cōtra legem latam, vel aliàs de iure nullam sententiam exequenti resisti indistincte etiam violen

O ter

ter potest, vt scribit Dyn. in. d. reg. quod quis. de reg. iur. in. 6. quē sequitur Bart. in. d. l. vt vim (vbi dicit quòd nihil addit, sed ea quæ inquit ibi Dyn) & ita intelligitur glo. in. d. c. ex literis de offic. deleg. secūdum Panor. in. d. c. si quando. eod. titul. hoc idem tenentem, & in cap. pastoralis, §. quia vero, 3. col. eod. etiam tit. Alexan. et. dd. in. d. leg. sed eximendi. §. item si quis, ff. ne quis eum qui.

36 ¶ Iuxta quorum communē ibi, & vbiq; locorum sententiā, idē censendum quando iudex delegatus extraiudicialiter, ad aliquam exequutionem procedit non facto processu, & sine causæ cognitione.

37 ¶ Nisi delegatus is, in cōmisis à Principe hoc expressim habeat vt ita extra iudicialiter, & exequutiue procedat, eo tunc casu sibi debet obtemperari, vt not. Andre. de Ysern. in. cap. 1. col. 4. in fin. si de feud. inuestit. inter dom. & vasal. lis oria. & Felin. plene in. c. quæ in ecclesiarum. 24. col. versic. quinta conclusio, de constit. docentes quòd quando Priceps mādat hominē occidi, vel aliud exequinō quæritur vtrū iuste, vel iniuste mādet: nā Princeps nō habet hominē qui sua facta iudicet, vt dicit idem Andre. de Ysern. in. c. 1. versic. flumina nauigabilia, col. 1. in fin. quæ sint Regal. & in proœm. constit. col. 5. & quicquid Princeps facit, præsumitur ex causa facere, & eius sola voluntas, habetur pro causa: vt not. glos. & Bart. in leg. relegati, ff. de pœnis. & Panormitan. in. c. nisi specialis, d̄ offic. delegati, & Alex. in con. 2. incip. visis codicillis in. col. fin. nu. 62. vol. 1. quòd vtiq; locum non habet quādo legitima aliqua subesset causa, ex qua Principis mādatū appareret esse iniquum, & ignorantia ipsius præsumeretur Principis: tunc enim supersedēdum esse, & rescribi Principi, secūdā q; eius iussionem expectandam tex. probat in. d. c. si quando, cū ibi per Felin. nota. de rescrip. & in. §. deinde competens, in. d. auth. de manda. Princip. coll. 3. & ita procedit quòd Bald. dicit in authē. habita. col. 4. versic. nota. C. ne fil. pro patre, Principi iubenti contra conscientiam aliquid, obediēdū nō esse, & dicit Andre. de yser. in cōstitutio. vt participatio, col. 2. in fine, quòd defensio cuilibet est pmissa etiā ipsum aduersus Pricipē, vt si forte Princeps illicite aliquē occidere cōtra ius vellet, nā illi licet, se defendere contra eum.

38 ¶ Si tamē ipse exequi delegatus vellet, & non supersedere, nec principi rescribere obediendus est: nec ei potest violenter resisti quòd negotiū exequatur p principē sibi cōmissū, vt innuit tex. in extrauagāt. qui sint rebelles, et ibi Bar. in glo. in verbo, rebellando in prin. posset tamen appellari, vt secunda iussio ad hoc

expe-

expectetur vigore dispositionis iuris.per.d.c.si quando,&.§. de inde competẽs.post appel lationem vero exequi si vellet,ei tũc resisti posset. quia per appellationem,ad superiorem deuolutum est negotium, & delegatus remanet priuatus: ex Innocen. qui hoc notabiliter tenet in.d. c.si quando,vbi etiam Panor.& Felin.& Oldra.in consil. 89. incipien.Episcopus.

39 ¶ Si tamen delegatus comissionem à Principe non habeat extra iudicialiter,vt procedat, delegatusq; ad iustitiam sit, & extra iudicialiter procedat,obtemperandus sibi non est. siquidem ordinem sibi excedat commissum, & instar priuati, etiam violẽter ei resisti potest,& indistincte,si ue grauamẽ irreparabile sit, aut irreparabile:communiomnium doctorũ (quo supra citauimus loco)censura,ac voto,&ita procedit Panor.in.c.cõquerente.2. col.versic.nota bene hanc glos. de rest.spoliat.& quòd idẽ post Innocen.notat in.d.c.si quando & Florian.in.l.quemadmodum §.magistratus, ff. ad leg. acquil. & Bart.in extrauag.qui sint rebelles,super verbo, rebellando. & glo.in.l.nõ videtur.§. qui ius su,ff.de reg.iuris.

40 ¶ Et idem si in negotio sibi nõ commisso,quamuis iudicialiter procedat,cum respectu illius ne gotij iurisdictionẽ non habeat, ei resisti potest impune.teste Panor.(post Innocen,quem ibidẽ citat) in.d. cap. si quando in.2. not.& Bart.super.d. verbo,rebellando, sicq; intelligitur tex. in.d.leg.contra. C. de exequutor. & exactor.lib.12.

41 ¶ At,si in forma iudicij, causa q; sibi commissa, ac iudicialiter procedendo,exequi iniuste delegatus velit,si exequutio irreparabilis sit, vt quia vult aliquem torquere, mutilare, vel iniuste occidere. resisti ei impune potest:pariter omnium scribentiũ affatu: maxime ex Felino in. d. cap.si quando in.3.fallen. & ibi etiam Panormit. qui sentit appellatione tunc opus non esse, licet Bal.in.d.l. vt vim, quæs.7. contrarium teneat,dicens quòd debeat prius appellari,et postea resisti.cuius opinio,ad cautelam potius procedit. siquidem isto in casu doctores omnes communiter appellationem de necesitate non requirant. & ita intelligitur.l.omnes.C.de decurion.lib. 10.& quòd not.Iason,in.d. leg. vt vim,col.6.in prin.

42 ¶ Et idem censendum, si exequutio quantumcunq; ciuili in causa reparabilis sit: quamuis pe cuniaria,sententiæ vigore contra legem latæ, & euidenter iniustæ, aut aliàs,ipso iure nullæ vt superius. numer.35. notauimus.

43 ¶ Licet aliter dicendũ sit,quãdo delegatus sententiam, &,si contra ius litigatoris latam exequitur,quæ tamen in rem iudicatam transiuit,&nulla non est.

O 2 nam

nam tunc ei resisti non potest, & ita loquitur tex. in cap. pasto ralis, §. quia vero, de offi. deleg. secundum Panor. in princip. & ita procedunt iura quæ dicunt superioris præcepto obediendum iusto, siue iniusto, dum mo do ipso iure nullum non sit, vel notoriam contineat iniustitiam & cap. significasti, in fin. de offi. deleg. quo probatur ordinariũ, delegati sententiam exequi teneri, etiamsi iniustam illam esse sciat, & ad hoc posse compelli. secundum Panor. hoc verius esse dicentem, contra glos. final. ibi in c. studuisti, de offic. legati, & quòd not. Innocen. in. c. cum in iure, de offic. deleg. & quòd Andre de Y ser. scribit in cap. 1. col. fin. de controuer. inter vasal. & alium de bene. quod quando in causa ciuili iudex vnus, vt exequatur sententiam alterius requiritur, eam exequi indistincte tenetur, licet eam iniustã esse sciat. sic etiam Panormitani procedit sententia in cap. 1. col. 2. in fin. & 3. de offic. ordin. censentis iudicem ecclesiasticum iudicis secularis brachium implorare posse pro sua exequutione sententiæ, & si non dat, posse eum excommunicare (pro quo est tex. in leg. 2. C. de his qui latro) & quòd scribit Bald. in authen. clericus, in fine. C. de episcop. et cle. quòd quando iudex superior, inferiori suam exequendam mittit sententiam, tenetur inferior exequi, & non debet aliud quærere. si vero delegatus suam sententiam, quæ in rem iudicatã nondum trãsiuit, ordinario committeret exequendã, ordinarius ei violenter resisti non debet, quamuis eam iniustam esse comperiat. potest tamen precibus delegato instare, vt eã non exequatur, sed Principi rescribat. & ita procedit tex. in. d. c. si quando, cum is qui ibi interesse prætendebat, aliter non resistebat. & Innocen. ibi not. pro vt Panor. 2. col. ibidem cõsiderat. & idem dicendum, quando est dubium delegati sententia iusta sit, an iniusta, propter authoritatem iudicis, qui pro se præsumptionem habet. l. 1. §. idem Pomponius. ff. quòd fals. tut. aut. secũ dũ Dyn. in. d. regul. quòd quis.

44 ¶ Appellatum tamẽ, vtroq; in casu si fuerit à sententia, appellatione pendẽte, iudex à quo eam exequi non potest, quòd si exequatur, impune ei resistitur. d. l. quoniam iudices. C. de appel. & notat Innocen. Panor. & Felin. in. d. c. si quãdo. de offic. delega. quia post appellationẽ iudex efficitur incompetens, ex quo per eam negotiũ ad superiorẽ deuo luatur, impune ideo tanquàm in cõpetẽti nõ paretur. l. fi. ff. d iur. om. iud. c. 2. d cõst. lib. 6. & not. Bal. in. d. l. à dictos. C. d episcop. audien. & Oldra. in. d. cõsil. 89.

45 ¶ Sed, & in omnibus ante dictis casibus, quibus iudici delegato impune resistitur, ordinario etiã resisti potest iudici, iniuste exequen

quenti, prout docent doctores præ allegatis in iuribus.

46 ¶ Et ad hoc etiã cōuocari amici, & ſtipēdiarij poſſunt cōduci: glo. in. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arma, & tenet Bal. in. leg. ſi aquam. 13. col. verſic. nota quòd triplex eſt bellū. C. de ſerui. & aqua. (& diximus, ſupra eod. num. 16.) quia hæc cēſetur quædā defenſio quæ in omnibus eſt permiſſa: etiã cōtra officiales: vt reſpōdet Corne. in cōſil. 107. in cip. viſa inquiſitione, col. 3. vol. 1

47 ¶ Verū ipſius loci ordinarius, delegato in iuſte exequēti, multo magis reſiſtere poteſt: & debet, cum teneatur defēdere ſubditos. l. illicitas in prin. et in. §. ne potētiores, & ibi Bal. ff. de offic. præſid. & ibi notatur, ad officiū iudicis ſpectare, prouidere, ne alicui violētia fiat. & ne potētiores opprimāt minus potētes, & dicit Bal. ibidē, in fine, quod iudex facit magnā eleemoſynā apud Deū, quādo pauperes tuētur ne opprimantur. bonus eſt tex. & ibi glo. in. c. ſcire. 23. q. 8. vbi ſcribitur, Epiſcopos debere defendere ſubditos, propulſando iniurias. pro vt ipſe Papa defendit. & probatur in. c. noſtri, & in. d. c. nō infereda, 23. q. 3. & in. §. deinde cōpetēs, auth. de mand. Princip. coll. 3. Imperator mandat adminiſtratoribus, & iudicibus, vt ſi veniant aliqui officiales de Curia ipſius Principis, nō permittāt eos, in aliquo ſubditos lædere. vel aliquid in iuſte exequi. ſed poſſunt ipſi iudices prohibere dictos officiales Pricipis, ne in iuſtitiā faciāt. & etiā punire, vt expreſſim ibi cauetur. & ſic videmus, quòd quādo aliquis laicus iniuſte opprimitur ab aliqua perſona eccleſiaſtica, poteſt auxiliū ſecularis iudicis implorare, vt per modū cuiuſdā defenſionis ſibi aſſiſtat, citādo per edictū, dictā perſonā eccleſiaſticā, ſi ſua putauerit intereſſe. hoc q; modo reſtitui poteſt laicus in poſſeſſionem, cōtra perſonā eccleſiaſticā: quāuis perſona illa eccleſiaſtica ſibi ſubiecta nō ſit. quæ defenſionis præſtatio, præſidali officio præſtita, & nō per modū cognitionis iudiciariæ, omni iure eſt pmiſſa. d. l. vt vim, cum ibi nota. ff. de iuſt. & iur. & Rex non ſolū ſuos vaſſallos defendere, & eis auxiliari tenetur, ſicut, & vaſſalus Regi. c. 1. de form. fideli. et in. c. 1. quali. dom. priu. fend. & in. c. domino cōmitēte, ſi de feud. fue. cōtro. et glo. in. c. 1. de prohib. feud. alien. per feder. ſedetiā ſuas res, et perſonas eccleſiaſticas defēdere, ac protegere debet, vt not. Mathæ. de Afflict. in deciſ. 24. incipiēns quidā clericus. & in deciſ. 2. incip. ſereniſſimus, bonus eſt tex. c. petimus, 11. q. 1. et. c. quidā monachi. 16. q. 1. vbi ad querelā nedū laici, ſed etiam clerici, à prælato ſuo violētiā paſſi, rector prouintiæ, aut ciuitatis deſēſor, officiū ſuū impartitur, per modū extra iudicialis defenſionis. & not. idē

Afflict.in decis. 85. incipiẽ. diu
est.nu.2.&.Luc.de Pẽ.in.l. si co
loni,quæs.vlt. C. de agricol. &
cens.lib.11,facit.tex.c.omnis.7.
q.1.vbi not. Christũ quodã mo
do negare videri, qui oppressis
debitũ negat fauorẽ. & iure hu
ius naturalis defensionis licet se
cularibus potestatibus,cum mo
deramine inculpatæ tutelæ hoc
est,salua sẽper,in omnibus, sum
mi Põtificis autoritate, ac vene
ratione,obuiare abusui notorio
ecclesiasticæ potestatis : ne pax
perturbetur publica. & ne com
mune bonũ detrimẽtũ patiatur
quód elegãtius Hermas diserit.
lib.7.de instaurãda religione.c,
25.ad fin.inde Principes sæcula
res possunt resistere Papæ dissi-
pãti ecclesiã,etiam in rerũ spiri
tualiũ administratione,vt.puta
si nollet beneficia ecclesiastica,
nisi pro pecunia cõcedere,tunc
enim iuste negari potest posses-
sio emptoribus, & allegare ad-
uersus illos,quòd per simoniã il
la obtinuerũt beneficia.est quip
pe laude dignũ resistere huius-
modi abusui, cõgruis remedijs,
nõ obediẽdo in malis, nõ adulã
do,nõ tacẽdo,arguẽdo etiã exẽ
plo Pauli.c.vlt.epist.ad Colos-
sen.vt aduertit Cayetã.lib.đ po
test.Pap.c.27. quæ nõ ĩprobat
Theologiæ emporiũ olim refer
tissimũ magister meus Frãciscus
à Victoria,in priore relectione,
de potestate ecclesiastica prope
fine.(quòd iam in nõ absimili fa
cto quibusdã huius Prouinciæ
fratribus,in causa,suum aduer-
sus generalẽ,pro remedio regiã
vt adirent maiestatẽ respõdi.)
quibus etiam fit,vt siquid nobis
adducatur cõtra ius patronatus
laicorũ,aut in detrimẽtũ benefi
ciorũ patrimonialiũ, vel simile
quidpiam.aduersus cõcessiones
Põtificis, & cõtra publicum bo
num, id manu Regis retineri,&
emendari soleat. Cuius propriũ
officiũ est ab his iniurijs subdi-
tos suos liberare.c.filijs.16.q.7.
(vt aduertit nostras Septimã.đ
Papa.nu.32.) & violẽtias tolle-
re.c.Regũ.23.quæs.5.ne scãda-
lũ patiatur res publica.leg.si in-
genuã,§.in ciuilibus,ff.đ captiu.
et post lim.reuer.et ita procedit
leg.19.tit.9.part.1.&.l.13.tit. 13.
part.2.ibi, *Que no resciba mal ni fuer-
ça.* vbi late Grego.lup.et est tex.
in.c.administratores. 23. quæs,
5.& in.d.c.filijs, vel nepotibus.
16.quæs.7.vbi legitur, Episco-
pis,& Archiepiscopis eorũ pu-
nitionẽ rectorũ qui ecclesiasticis
abutũtur bonis, negligentibus,
posse Regẽ adiri, vt illi medea-
tur malo. & licet Panormit.in.c.
qualiter, & quãdo,de iudic. ali-
ter illius cap. interpretari velit
verba,dicẽs illũ tex.per iura no
ua corrigi,nulla extat noui iuris
correctio ad hũc sane effectũ,vt
princeps secularis liberet à iudi
cũ ecclesiasticorũ violentia op-
pressos, interim donec à Sũmo
Põtifice,iure debitũ præstetur
auxiliũ, & expeditior nobis cõ-
stat lex.5.tit.1.lib.2.ordin regia.
quæ

28 ¶Sed, vt iudex rejcere exceptiones possit, (& si præsumat calumniose excipi,) eis omissis vltra progredi, oportet istud faciat ex præsumptione multum vehemẽte, secundum eundem Abba. Panorm. in. d. c. post electionẽ, fin. col. tex. est optimus, in. c. suscitata, & ibidem Panor. ad hoc not. in. 3. notab. de in integ. restitutio.

29 ¶Nec sufficit si leuis contra opponentẽ præsumptio sit malitiæ: vt est tex. in. c. licet causam, ibi. *Nõ nulli crederent.* & ibi, 2. not. ipse Abbas notat, de probatio. & dicit Bal. in. l. non epistolis, 2. col. C. eo dem,

dem, quòd in d. c. licet causam, est tex. notab. quòd præsumpta rei calumnia, non remouet ordinẽ à iure datum in procedendo: at nostro in facto, in tã breuis termini spatio, non potuit calumnia præsumi: præsertim cũ tota ipsa dilatio ab eadem lege Toletana, & cõmissione dictæ Elisabei ximeniæ, eiusq; filijs, ad docendum de iure suo, fuerit assignata.

29 ¶ Et sententia non seruato termino dato ad omnia producendũ, lata, sit nulla: vt est expressa Rotæ decisio, 805. in antiq. in hæc (huic negotio) valde cõgruẽtia verba. *Si aliquis dominus auditor sacri palacij in aliqua causa spiritualis, vel prophana fert sententiam non seruato termino ad producendum omnia: tunc sententia est nulla, cum terminus prædictus sit substantialis, & ita tenet Rota.*

EX. 15. FVNDAMENTO sequent.

¶ Conditione, & modo, in lege seu cõmissione præfixo, non seruato, sententia est ipso iure nulla. nu. 1.
Iudex contra aliquem iniuste, & sine debita causæ cognitione procedens, vt priuatus, & nõ tanquã iudex cẽsetur. nu. 2.
Potestas, iudici, respectu iuris dicendi, & iustitiæ reddendæ, attribuitur. nu. 3.
Iudici præsumptio, & si faueat, non tamẽ, quando de facto, seruandisq; non seruatis procedit. nu. 4.
Iudex procedens, seruandis non seruatis, dolosus præsumitur. nu. 5.
Iudex in partium præiudicium, nimis credulus esse non debet. nu. 6.
Iudicis audientia, præstari, seu haberi diebus feriatis non debet. numer. 7.
Leges, 34. tit. 2. part. 3. & vnic. tit. 5. lib. 1. for. leg. & 1. tit. 7. lib. 3. ordin. regiar. citantur, & expenduntur, ibidem.
Lex rursum. 34. tit. 2. part. 3. intelligitur, & explicatur. num. 8.
Lex. 36. tit. 2. part. 3. intelligitur, & explicatur, & quomodo ex ea hodie oriatur practica, qua vtuntur iudices, in causis super famulitij mercede summarijs. nu. 9. maxime quando prouinciam visitant.
Dilationis maiorem partem si feriæ absorbeant, feriæ de medio excluduntur. numer. 10.



1 C ETE-rũ decimo quinto, hac pro ea-dẽ principaliter parte, dictos etiã iudices nulliter constat sententiã tulisse, ex defectu nempe iurisdictionis, siquidem conditio, & procedendi modus, in dictis commissionibus, & lege ipsa præfixus, verificatus, & adimpletus non fuerit. l. hæc conditio, ff. de contrahen. emptio. l. cædere diem, ff. de verbo, signif. cum similibus.

2 ¶ Et iudex contra aliquẽ iniuste, & sine debita causæ cognitione procedẽs, vt priuatus, & nõ tanquã iudex cẽseatur. l. fin. ff. de offi. præfec. vrbi. l. fin. ff. de iurisd, om. iud. & scribit Cardin. in clem. 1. in fin. de cœlebra. missarũ quẽ cũ alijs retulit, & sequutus fuit Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, 13. col. nu. 30

versic. sexto nota, de constitutio. Philip. Decius, in. l. 1. factum à iudice, ff. de regul. iur. & in consil. 125 incip. in causa spoliationis. 2. col. Hippol. Marsilien. (pluribus cõprobans,) in. l. 1. in prin. nu. 83. & in. l. qui cædem. 4. col. nu. 26. cum sequentib. ff. de quæstio. & in pra cti. §. nunc videndum, 7. col. nu. 39. & in. §. secunda. nu. 80. cũ sequen tib. (videndus etiam, in. nu. 69.)

3 ¶ Ea hercle potissima ratione, quia cum potestas illa, respectu certæ qualitatis tribuatur, scilicet iuris dicendi, & iustitiæ reddendæ, c. forus, §. iudex, de verbo. signif. extra illã qualitatem, quòd ab eo factũ est nihil valet: ex pluribus per Felin. late congestis, in. c. cum ordinem, 4. col. nu. 4. cum plurib. sequentib. de rescript.

4 ¶ Et licet pro ipso præsumatur iudice, l. 2. (cum aliis similibus,) C. de offic. ciuil. iudi. non tamen præsumitur, quando de facto ac seruandis nõ processisset seruatis, teste Baldo pen. col. num. 19. post Cyn. in. l. sancimus, C. đ iudi. quẽ citat, & sequitur Paris de Puteo in tracta. syndicatus, in parte per syndicatores, nu. 7. fol. 19. (in par uis,) & Hipolit. in singul. 354. in incip. in dubio præsumitur, & Andre. Alciatus notab. ĩ suo præsum ptio. tracta. pagi. (in paruis) 370. num. 23.

5 ¶ Immo dolosus præsumitur, ex Baldi elegante sententia, in cõsil. 233. incip. quæritur in fine, vol. 1. quã idẽ Hippol. refert, & sequitur ĩ prææalleg. prac. §. succedue, 1. col.

nu. 9. nã vbi quis ratione officij te netur ad aliqđ faciẽdũ: si illud nõ faciat, præsumitur esse in dolo. l. si mensori. ff. mãda. & l. magna, ff. đ verb. signif. not. Bar. in. l. Titiũ et Mæuiũ, ff. đ admin. tuto. et Pa ris de Puteo, (qui eum citat, & sequitur, in tracta. eod. syndica. in parte, negligẽtia. nu. 18. fol. 175.

6 ¶ Quòd vtiq; nostra, in specie nemo est qui ambigat, ex quo licentiatus ille Moreno fuit nimis credulus cum non deberet talẽ se, in iudicãdo exhibere, saltem in præiudiciũ dictæ Elisabes ximeniæ suorũq; filiorũ tũc tẽporis minorũ. l. 2. ff. quãd. actio đ pec. annal. est. l. 1. C. eod. declarãt Bar. et. dd. in. l. 1. ff. de eo per quem fact. erit.

7 ¶ Et dictam sententiam tulerit, intra duodecim dies, eosq; maiori ex parte feriatos, (vt ex processu ipso constat,) l. sed, & si per prætorem, §. quoties, ff. ex quib. cauf. maior. c. tam ex literis, đ in integ. restit. & in quibus audientia, nec præstari debuit, aut haberi potuit c. cõquæstus, đ ferijs. l. fin. C. eod. tit. l. pridie. ff. eod. l. 34. tit. 2. par. 3 l. vni. tit. 5. lib. 1. for. leg. l. 1. tit. 7. li. 3. ordinatio. regia. ita vt citatio, aut processus, sententia ve, his in diebus lata, nõ valeat: vt præcitãtis cauetur iuribus, & in. c. fin. đ ferijs, & notat Specul. in tit. de cita tio. §. 1. 6. col. vers. item excipitur quòd facta est, nec ex partiũ con sensu ratificari possit: vt scribit idẽ Specula. in tit. de ferijs, §. sequitur in prin. & in tit. de renuntiatio. & conclusio, §. 1. 2. col. Panor. in. d. c. con-

conquæstus, 3.col.versic.sed quæ ro.Bart.in.l.si feriatis,ff. de arbit. & Bal.in.l.1.C.defer. tex.est iure nostro Regio in signis in. d.l. 34. ad fin.ibi, *E si en tal manera alguna cosa fuere demandada,o librada no seria valedero lo que fiziessen maguer fuesse fecho con plazer de ambas las partes.*

8 ¶ Quæ tamen sic accipienda est, & dictorum doctorum assertio,in vim sententiæ ne valeat, secus autem, in vim conuentionis, seu pacti:vt est tex.in.l.2.C.com. vtriusq; iudic.& declarat Felin.in c.significasti,3. col. nu.7.de foro compet. & diximus supra, in. 1. part.fundamen. 10.nu.50.& Bar. notat,in.l.murari,nu.3.ff. de procurat.itaq; intelligenda glos. est fin.l.omnes,C.de fer. innuens ferijs in honorem Dei renunciari non posse,nempe vt pronũciada, siue quæ pronuntiatur sententia, vt sententia valeat:sic quæ etiam procedit glo.verbo, ob necessitates,in clem.sæpe,de verb.signif. Cõmuniter vbiq; recepta ; quòd ferijs repentinis renunciari non possit,de quibus,in.l.1.&.2.(quæ eodem intelligi debent modo)tit. 24.part.1.& quòd tradit Decius in.l.milites.2.col.nu.14.C. de sta ment.mulit,Paris de Puteo, in. d. syndicatus tracta.in verbo,feriæ, fol.123.& Rebuf.1.tomo constitu.regiarum Galliæ tract.de senten.exequutio,arti. 9. glos.2. numer.17.

9 ¶ Valet tamen sententia,& iudicium diebus, in honorem etiam Dei feriatis,agitatum, quãdo res sit breuissimo peritura tempore, tex.est,in.l.1.§.1. ff. de ferijs,ibi. *Scilicet si res tempore peritura sit:hoc est si dilatio actionem sit peremptura, sane quoties res vrget. &c.* Super quo verbo ibidem,id notat Accursius: & Paris quo loco nuper eum citauimus,in prin.cuius etiam sententiæ Robert. Maranta videtur esse de ordin.iudicio. 4.part. 16. distinc. nu.66.quo casu ex ipsa causæ natura,in quo simpliciter,& de plano procedit, dictis quoq; diebus,testes rogi possunt,secundum Bal.notab.in.d.l.1.de fer. in lect. antiq. & ita limitatur glo. fin. in d.l.omnes. C.eod.(quam dicit me liorẽ de iure Bal.ibi.&in argu.esse tex.in.l. fallaciter. C.de abolitio,) quæ dumtaxat procedit,& intelligenda est,quãdo in istis ferijs par tiũ renuntiatione proceditur:non autẽ quando ex ipsa dispositione causæ.) ex hisq; oritur practica, quã iudices,& visitatores suæ iurisdictionis oppidorum, hodierna die vtũtur,in cognoscendo his in diebus,de causis mercedũ, salariorũ, & operarum quæ famulis, & operarijs debentur, & viduarũ, orphanorũ,& personarũ miserabiliũ,cui alludit,paulo ante citata lex(ita intelligẽda)36.tit.2.part. 3.quæ opus hoc pietatis appellat, quòd agitari,dictis ĩ diebus expedit:& ibi alios recẽsẽt casus qui in eo possunt expediri tẽpore,sed,& ob moræ periculũ procedi posse,qualicũq; die feriata, doctores omnes fatentur,in.c.fin.de iud.& inde si iudicij expiraret instantia, sine

ſine vlla diſtinctione his in ferijs, poſſe ſententiã proferri, Panormita. ibi not. col. vltim. num. 23. & ante eum Specul. in titul. de dilatio. §. 1. verſic. ſed pone iudex, et in. §. fin. in fin. & in tit. de ferijs. §. ſequitur, verſic. pen. & ibi Ioan. Andre. & Bar. in. l. more, in final. verb. ff. de ferijs, quorum tamen dictum pro in dubitato Felin. in. d. c. fin. habet, vbi iuriſdictioni inſtantia ſit præfixa: quòd tunc verum ſit rem dicere perituram: ſi autem ſola periret inſtantia, & ſic ſolum acta, cum ius partis non pereat, fortaſſis eſſe dubium, ſuper quo tamen ibidem, fin. col. nu. 15. cogitandum ipſe relinquit: quòd eſt ſingulare, & menti tenendum ad intellectum, & declarationem l. 6. tit. 16. lib. 3. ordin. regia. quòd conſiſtorij iudices etiam, in die quántumuis, in Dei honorem feriato quando perit, ſeu finienda eſt inſtãtia, ſuam poſſint pronunciare ſententiam. & hoc iure bis iam in praxi ſum vſus.

10 ¶ Maioremq; dolum (vt ad eandem rem redeamus) dicto in iudice arguit ex quo illo in negotio longe maior illi, nempe ſeptuaginta dierũ (qui ex regia dari ſolent inſtructione) præfixa erat dilatio. Sed, & in caſu quo dilatio ipſa, á dicta lege Toletana, commiſſione, ſeu reſcripto data, decẽ dumtaxat dierum fuiſſet, feriæ ſi ita multæ fuiſſent, quæ maiorem dilationis partem conſumerent, excluderentur de medio: iudicio Hoſtien. in. c. licet cauſam, de probatio. notabiliter dicentis, quòd ſi in dilatione data á lege, vel à iudice per reſcriptum principis, feriæ tot eſſent, quæ maiorem dilationis partem abſorberent, de medio tunc excludi: cuius id dictũ notabile, & veriſſimum dicens Lanfran. de Oriano (reiecta diſtinctione Bal. in l. ſi quando. C. de teſtibus.) (quam & ibidem impugnat) citat, & ſequitur, in repet. c. quoniam contra falſam, in parte, dilationes. num. 14. de probatio. ponens vti pro exemplo, ſi Princeps prope feſta notabilia poteſtati ſcriberet, quód terminet talem cauſam intra quindecim dies, quòd ſi quindecim dies, immediate ſint feriati, iuriſdictio non expirabit.

EX. 16. FVNDAMENTO ſequετιτ.

¶ Sententia eſt nulla, quãdo Papa vel Imperator alicui cauſam delegat, & aſsignat modũ, & ordinem procedẽdi, ſi modus non ſeruatur, quàntumcunq; non ſit ſubſtantialis. nu. 1.

Solemnitas quælibet leuis, à ſtatuto pro forma inducta, ſi omittatur vitiat. nu. 2.

Leg. Tolet. verba citantur, & expendũtur, ibidem.

In iuſtitia ex ordine, plus inficit quàm ex cauſa. nu. 3.

Delegatus, & etiã à latere legatus, ad obſeruantiã iuris communis tenetur. nu. 4.

Teſtes, etiam à Cardinalibus, inordinate recepti, non probant. num. 5.

Ob iuris ordinẽ nõ ſeruatũ, geſta per cardinalẽ ſedis apoſtolicæ legatũ, irritantur. ibidem.

Legatus à latere, iuris ordinem remittere non poteſt. num. 6.

Iuris

Iuris ordo etiam, in causis quæ Romani Pontificis iudicio deciduntur seruandus. num.7.

Delegatus, ad iudicij ordinem seruandum adstringitur, sicut ordinarius. num.8.

Papa quoad laicorum forũ, iudiciorum ordinẽ tollere non potest. num.9.

Iuris ordinem seruare debet iudex, aliter iniuste facere dicitur. num.10.

Iuris ordo in possessorijs etiam seruandus est. num.11.

Ordinis qualis qualis omissio, in causis vilioribus, siue alijs quæ summaria expediri debent cognitione, processum reddit nullum. num. 12.

Ordo aliquis, in notorijs seruandus est. num.13.

Consilij nulla potest esse maturitas, vbi nullus est ordo iudicij. ibidem.

Sententia ratione iuris ordinis omissi nulla, per iudicem appellationis reformari nõ potest. num.14.

Iudex appellationis regulariter ex quocunq; etiam iurisdictionis, aut citationis defectu, sententiam nullam reformare consuescit. nu.15.

Ordo processus, ita est substantialis, quòd à partibus, aliquo modo omitti, vel remitti, non potest. nu.16.

Iudicis pronuntiatio absq; processu, vel iuris ordine non seruato procedẽdum, pronuntiantis, nulla est. nu.17.

Prætoris factum, iuri publico derogare, non potest. nu.18.

Legis Toletanæ solemnitati partes renuntiare, non possunt. num. 19.

Sententia absq; substantialibus, vel cum expresso iuris errore de consensu etiam partium lata, ipso iure est nulla. numer.20.

Legis Toletanæ ordo, quòd partis defensionem, causæ cognitionem, & instructionem respiciat, nullatenus omitti, aut præposterari potest. num.21.

1 ECIMO sexto, eidẽ principaliter adstipulatur parti, soluũq; pro nostro Hieronymo à monte Martha sufficeret singularis Innocentij doctrina, in.c.cum dilecta, nu. fin. de rescrip. innuentis, quòd si Papa vel Imperator causam alicui delegat, & modũ, ac ordinem procendi assignat: si modus non seruatur, quamtũcunq; nõ sit substãtialis, sentẽtia tamen est nulla, quam refert, & sequitur dicens tenẽdam menti Angel. de Perusio, in.l. prolatam, in prin. C. quomo, & quãdo iud. & Matthe. de Afflict. super præludijs constitutio. Neapolit. quæstio. 12. col. pen. nu.20. propterea diligenter ad id aduertendũ erit, quoniã quicquid statuẽti, vel Principi quòd obseruetur, & si ordo placuit: cẽsetur ordo substantialis: cum talia, nisi cũ aliquo ministerio, & rationabili induci non consueuerint causa. idcirco, si modus ille, & ordo nõ seruatur, processus est nullus, distinctione non adhibita an esset ordo vnius causæ, ad se ipsã, vel ad aliã, quia semper, quòd fit contra huiusmodi ordinem, ipso iure nõ valet. d. c. cum dilecta, de rescript. c. cum venerabili, de offic. delega. & ita declarat Bal. in. d. l. prolatam, col. pen. versic. & nota quòd, & in

&in.l.1. ff. de liber. & posth.

2 ¶Vbi moderni volunt quamlibet leuẽ solemnitatem à statuto pro forma, & ordine inductam, si omittitur, vitiare, & reassumit Felin.in.c.quoniam contra.5. col. versic.si tamen statutum, vt lit.nõ contes.& in. d. c. cum dilecta, & scribit Detius,in cõsil.19.incipiẽ. viso puncto,1.col. & consil. 419. incipien.licet,col.2.nu.5. & cons. 434.incipien: placet,in prin. & consil.466.incipien.stãte; 4. col. versic.& ista cõclusio, & plenius consil.802.incipien.accurate, in prin.cum consilio sequen. & consil.612.incipien.conclusionem. 1. col.quòd maxime locum habet,si consideremus ipsius legis Tolet. ordinem formalem esse, necessarioq; adimplendum,ex quo sententiam alioquin latam,eadẽ lex his sub verbis anullat.*Pero si las tales sentencias fuerõ dadas sin llamar, & sin oyr los que posseyan: mandamos que en tal caso,se torne la causa, à comencar de nueuo, segun el tenor de aquesta ley.* Et ita expressim Carol. Ruynus notat,in consil.13.incipien.videretur fortassis,num.12. vol. 2. scribens quòd vbi statutum,actum in contrarium anullando procedit, expresse in illo censeri,esse de forma.tradunt scriben.in.d.l.1. ff. de lib.& posth.

3 ¶Plus enim inficit iniustitia ex ordine,quam ex causa, quia prima reddit sententiam nullam: secunda non,teste Panormita.in. c. cum olim,col.pen.versic.sed in cõtrarium,de senten, & reiud.

4 ¶Et sic,legatũ etiam à latere, ad iuris cõmunis obseruantiã (prout & alij) teneri,apud Alexand.legimus,in consil.34.incip. visis. 1. col.in fin.vol.6.& in cõsil.17. incip.viso instrumento,colum.pen. vol.4.

5 ¶Et Bal.in authen.sed,& si quis. pen.col.versic.quidam dicunt.C. de testib. ab eodem Alexandro, in addit.ad Bart.in.l.fin.C.de legibus,citatus,not.quòd testes, in ordinate etiam à Cardinalibus recepti,non probant:tradunt Canonistæ,in. c. 2. de testib. bonus est tex.in.c.ad petitionẽ, iuncta glo. 1. de accusatio.vbi gesta per Cardinalem etiam sedis Apostolicæ legatum,ob iuris ordinem nõ seruatum irritantur:&in.c.per venerabilem, qui fil. sint legit. c. licet tranenses, &. c. nisi specialis, de offic.delega.

6 ¶Vbi Panor. & alij not.quòd legatus de latere non potest iuris ordinem remittere.glo.est,verb. figura,in.c.fin.đ hereti.l.6.scribũt Guido Pap.quæst.198. & Iason, in.l.nemo potest, col.1. delega. 1.

7 ¶Sed, & ordo iuris etiam,in causis quæ Romani Pontificis iudicio decidũtur,seruari debet.c. cum in causis,de re iudi.d.c. cum olim, & c.licet causam,de probatio.c.cũ dilecti, ibi, *Volentes tamen iuris ordinem obseruare.* De dolo, & contum. & à fortiori procedit in eius delegato.c.exhibita.de iud.c.ex pte,2.đ offi.deleg.c.causamq; đ rescript. ¶Et ad iudicij ordinem seruãdũ delegatum adstringi, quemadmodum

modum ordinarius Bal. innuit, in l. proſcriptione, 9. col. verſic; quædam ſunt exceptiones, C. ſi cont. ius, vel. vtil. publi. quem refert, & ſequitur Decius, in conſil. 483. in cipiē. pro reſolutione litis, in prin.

9 ¶ Quinimo nec ipſe Papa, (quo ad forum laicorū) iudiciorū ordinē tollere poteſt: vt not. glo. verb. vſur. in clemen. diſpendioſam, de iudic. quam ſequitur Panor. in. c. cum clericos, col. 1. verſic. nunc venio ad glo. de for. compet. & Bal. in. l. eos, in fin. C. de vſur.

10 ¶ Iudicem ideo iuris ordinem ſeruare oportet, aliter iniuſte facere dicitur: ſecundum Ioan. Andreæ, & Geminia. in. c. dilecto, de ſentē. excom. lib. 6. et Angel. in. l. 1. ff. ne quis eum qui in ius voca. vti eos refert, & ſequitur, Hippol. Marſilien. in. l. 1. in prin. num. 30. verſic. quomodo autem iudex, ff. de quæſtio.

11 ¶ Quodcunq; iudicium, ſiue petitorium, aut poſſeſſorium ſit. Nā, & in poſſeſſorijs, iuris ordinem ſeruandum eſſe, Bart. vult, in. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acqui. poſſe. ab eodem Panormitano citatus, & ſequutus, in. c. conſultationibus, 2. col. verſi. ideo extra glo. & ibi Felin. col. fin. in fine de offi. dele. & ſequitur idē Panor. in c. bonæ memoriæ, nu. 17. ꝙ appella. interquaſcunq; perſonas, etiā ſi inter matrem, & filium agatur: in procedendo iuris ordo ſeruandus eſt: vt ſcribit Bal. in. l. cōgruētius, C. de patri. poteſta.

12 ¶ Etiam in cauſis viliori bus, ſiue alijs quæ ſummaria expediri debent cognitione, abſq; pleno proceſſu, omiſſio qualis qualis ordinis reddit proceſſum nullum, vt not. Petrus ab Anchar, in conſil. 167. incip. viſis diligēter omnibus, nu. 4. ad finem, dicens ita Innocen. ſubtiliter ſentire, in. c. veſtra, de cohabit. cleri. & mulie.

13 ¶ Dum ait quòd, & ſi eſſemus, in notorijs, aliquis tamen ordo ſeruādus eſt, cum, & illa ſuum habeāt ordinem, qui debet ſeruari. c. qualiter, & quando. 1. (vbi Felin. in prin. multa congerit) de accuſatio. & Innocen. idem Felin. ſequitur, in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. & Hippol. in. l. qui cedem, num. 36. ff. ad leg. Cornel. de ſiccar. Nulla enim poteſt maturitas eſſe conſilij, vbi nullus eſt ordo iudicij, teſte Hieronymo ſuper Hieremiam, lib. 20. quem refert Ioan. Andre. in. d. c. qualiter, & Guill. in ſpecul. titul. de appella. §. nunc breuiter. verſic. item, ſecundum quoſdam, (vbi inuehit; contra ſtylum curiæ regis Franciæ.)

14 ¶ Adeoq; nullitas hæc magna eſt, vt ſententia hac ratione reformari non poſſit: ſed dum taxat debeat nulla pronuntiari: vt notat Panormit. poſt alios, in. 3. & 4. notab. in. c. cum dilecti, per illū tex. de emptio. & vendi. & ad hocillum tex. cōmen. Bal. in. l. 2. quæſt. 14. C. de reſcinden. vendi. vt tradit Alexan. in conſil. 79. incipiē. proſpectis, verbis, verſic.

eſt

est verum, volum. 2. & Decius in d. consil. 483. colum. 2. versic. nec prædictis.

15 ¶Quòd maxime notandum est cum regulariter appellationis iudex sententiam ex quocunque etiā iurisdictionis, aut citationis defectu nullam reformare cōsueuit, iuxta communem scribētium doctrinam quam idem Alexan. testatur, in consil. 67. incipien. viso themate, vol. 6. & consil. 111. incipien. viso, vol. 5. & d. consil. 79. in prin. volum. 2.

16 ¶Ordo demū processus, ita substātialis est, quòd à partibus, etiā aliquo modo omitti, vel remitti non possit, quia cum illud substantiale alicuius rei dicatur, sine quo res illa esse non potest (prout dicimus de precio respectu emptionis, l. precia, ff. de cōtrah. emptio. §. pretiū, insti. de emptio, & vend.) eodem modo, sententia sine processu, suo substantiali consistere non poterit, vt formaliter, sic arguit Bart. in. l. prolatam, colu. 2. versic. dico quòd illud. C. de senten. & Bal. ibi, col. 1. versic. item præmitto, dicit quòd substantia, dicitur natura necessaria, & ineuitabilis, esseque id, quo primum res, aliquid est, vt declarat idem Bal. in. l. etiam, in prin. verbo, & quia quotidie. C. de exequutio, rei iudicatæ.

17 ¶Hinc, si iudex pronūtiaret absque processu, vel iuris ordine non seruato procedendum fore, talis pronuntiatio, nulli esset frugi, potissimumque nostra in casus specie id locum obtinet, siquidem ordo, & huiusmodi paulo ante legis Toletanæ solennitas, in fauorem publicum (ex his quæ in primo primæ partis diximus fundamento) sit introducta: secund. Cardin. in clem. sæpe, quæstio. 12. de verbo, signi.

18 ¶Et factum prætoris iuri publico derogare, nō possit. l. 1. §. 1. de ferijs. l. formam, C. de officio præfect. prætor. cum alijs de quibus per Alexand. in consil. 36. incip. viso themate, in 2. volum. bonus est tex. l. testādi, C. de test. ibi. *Nam iurisdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare, nō est cuiquam per missum*, & docet Bal. in. l. 1. col. 13. C. qui accus. non pos. & Anton. de Butrio, in. d. c. exhibita, vti nostris fere in terminis Alexan. ipse refert. & sequitur, in consil. 82. incipien. viso processu, in prin. vol. 3. & consil. 182. nu. 5. vol. 6.

19 ¶Sic, neque prodesset, si eiusdem Toletanæ legis solennitati partes renuntiarent. l. ius publicum, ff. de pact. & notat Cassador. decisio. 9 incipien. an esset deserta, nume. 8. de appellatio. & Rotæ decisio. 88. incipien. in causa, in nouis doctores, in. l. nemo potest, (vbi Iason, colum. 3. in. 2. lectio.) de lega. 1.

20 ¶Et idem Iason, in. l. si conuenerit, col. 1. ff. de re iudica. dum scribit, quòd sententia absque substantialibus, vel cū expresso iuris errore, de consensu etiam partium lata, ipso iure est nulla: & asserit Guido Pap. quæstio. 216. incipie. iudex,

iudex,& Capitius in decisio.47 in fine.

21 ¶ Ante dictaq; eo magis meo genio procedunt,quòd dictę legis Toletanæ, & commissionis ordo, partis defensionē,causæ cognitionem, ac instructionem respiciat:ob idq; etiam nullatenus ommitti, aut præposterari possit,vt concludit Rotæ decisio.33.incipien.quādo committitur,& decis.90.incipien. omnes,in nouis, & decisione.806. incipient.sciēdum est, in antiq. & Ægidius à Bella mera,cōclusione.27.incipien.termini,& cōclusio. 560. incipien. conclusio, & Cassadorus, decisio.2.incipien.memini etiam, de iudicijs, qui optime loquitur iuncta decis.8.incipien.fuit etiam obseruatum,de rescriptis.

EX.17.FVNDAMENdamento,sequent.

¶ *Sententia , partibus non auditis,neq; causa cognita lata,ipso iure est nulla.numer.1.*

Autoritas Prætoris in alimentorū transactione , absq; causæ cognitione interposita,ipso iure est nulla.nu.2.

Sententiam,laudum , & decretum absq; causæ cognitione interpositum,esse ipso iure nullum,communiter concluditur. ibidem.

Iudicis mandatum demittendo aliquem in possessionem,non præcedente causæ cognitione,non valet.numer.3.

Excommunicatio contra non parentem præcepto , sine cognitione causæ facto, nulla est.ibidem.

Præceptū,et præconisatio,nulla causæ cognitione,& partis citatione interueniēte,nulla est, & inuali la.nume.4.

Possessor nolens sinecausæ cognitione,possessionem dimittere,non indebite cōtradicit.nume.5.

Mandata quæ non fiunt cum causæ cognitione,sed ex ab rupto , non tenent vim sententiæ diffinitiuæ,neq; inter loquutoriæ,ideo in rem iudicatā non transeunt. numer.6.

Præceptum exequutiuū sine causæ cognitione,aut clausula iustificatiua factum, nullum est,& sperni potest.num.7.

Dilationis concessio , vel denegatio,cum causæ cognitione,fieri debet.num. 8. & inde diligētum practica oritur iudicum, vt sibi faciāt deferri per notarium acta ad huiusmodi rectam prouisionem,vidēda.ibidem.

Causæ cognitio necdum ad iudicij solemnitatem,sed,& ad naturalem iustitiam conseruandam,ad inuenta est.num.9.

Princeps contra subditum causæ cognitionis deffectum supplere non potest. num. 10.contra Bal.& Alexandrum.

Causæ cognitio vbi non interuenit, pro ipso etiam non præsumitur Principē .numer.11.

Dispensatio inhabilitatis, expræssam de in habilitate mentionem continere debet , & cum causæ cognitione fieri debet.num.12.

Decrèti verba temperari , & moderari debent,ne ab surdum sequatur.nu.13.

Lex dictans,quòd sine causæ cognitione rex alterius iura posset tollere,non valeret.num.14.

Possessio multum consideratur.ibidem.

Possessionis magnum est commodum. numer.15.

Possessio sine causæ cognitione auferenda non est.nume.16.

Possessor siue colorem poßidendi habeat,

siue non, sine causæ cognitione, à possessione non est amouendus. num. 17.

Lex. 2. & 3. tit. 14. lib. 3. ordinat. Regia. citatur. ibidem.

Executores, & sub executores gratiarum Apostolicarum, & si possint si velint sine causæ cognitione procedere, quando tamen exequi volunt cōtra eum qui est in possessione, tenetur assummere partes iudicis, & procedere cum causæ cognitione. num. 18. & 19.

Clausula ex certa scientia, & de potestatis plenitudine, seu motu proprio, vim tunc habent quando cum causæ cognitio ne proceditur, alias secus. num. 20.

Causæ cognitio nunquam intelligitur exclusa, per clausulam summarie, & de plano, & sine strepitu, et figura iudicy. num. 21.

Princeps de potestatis plenitudine tollere non potest ius ex contractu quæsitum. numer. 22.

Clausula motu proprio, nihil operatur in præiudicium tercij. num. 23.

Clausulæ motu propio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, seu summarie, & de plano, & c. & si iuris positiui intelligatur suppleret defectus, non autē causæ cognitionis, quæ de iure naturali est. num. 24.

Statutum seu lex dicens, quód ad literā, & prout iacet debeat obseruari, non excludit iustam interpretationem. nu. 25.

Causæ cognitionis defectus ex quibuscunq; non excluditur verbis. num. 26.

Imperator, & Princeps cauere plusquam cæteri debent, ne iniuriæ occasionem tribuant: vel ne alteri ius suum auferant num. 27.

Princeps in ciuilibus, & in criminalibus de potestatis plenitudine contra subditum eo non citato actum facere non potest, per quem dominium sibi de iure gē tum acquisitum auferatur. num. 28.

Clausula ex certa scientia, in præiuditium tercij nihil operatur. num. 29.

Princeps quód credit in alijs iustum, in se debet credere. num. 30.

Princeps peccat veniendo contra ius positiuum, vbi non sub est causa veniendi. ibidem.

Principis dispositio, saluo iure tertij intelligitur, et in quacunq; eius dispositione, ius tertij, semper iudicatur exceptum. num. 31.

Lex still. 182. expenditur. ibidem.

Causa non præsumitur in Principe saltem iusta, quando tollit ius tertij, & defensionem, pacta, & contractus. nu. 32.

Sententia exprobationibus factis, non fiendis ferri debet. num. 33. & Petrus Maffiæ autoris agnatus, laudatur. ibidem.

Iudicium longe plenius esse debet, cum de hominis salute agitur. num. 34.



ECIMO septimo, p̄citatam ipso iure nullā ex eo principaliter sententiam fore comprobatur, quód lata fuerit partibus non auditis, nec̄p causa cognita, sed præcipitanter. l. fin. C. si per vim vel alio mod. c. cū ex literis, ad fin. de in integ. rest. l. 2. & fin. C. de senten. ex breuicu. recitād. l. iudices. C. de iudit. l. in causæ. §. causa cognita, ff. de mino. c. quoniam contra, de proba. c. iudicātē. 30. quæst. final. l. meminerint. C. vndeui. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. c. nos in quem-

quam

quam.2.q.1.

2 ¶ Bene facit tex leg. cum hi,§.si prætor,ff.de transactio. vbi autoritas prætoris,in alimentorũ transactione absq; causæ cognitione interposita, ipso iure est nulla.facit etiam tex.1.fin. &.l. iudex,C.commi.vel epistolas.et can.pōderet.50.dist.c.Deus omnipotēs,2.q.1.c.quæro.6.q.1.optimus tex.in.c.summo opere.11. quæs.3.&.c.Henrricus, de pœniten.dist.1.Bart. (quem ibi cœteri sequuntur) in.l. prolatam. C.de sent.& interloq.& in.l. ex stipulatione, (vbi tex.) eod.titul.& plura adducit Felin.in.d. cap ecclesia sanctæ Mariæ, col. 4.quæ retulit Hippol.in.l. qui cedem.ff. ad leg.Cornel. de sic. (quæ hic referre superfluum videretur) à Fernando Loazes citatus,in tract. de matri. Angli. Reg.5.dubitatio.fol. 48. col.4. num. 14. communiter concludi dicente,tan sententiam quã laudum,quam etiam decretum, & multa alia per Felin. paulo ante citato loco adducta, absq; causæ cognitione facta, ipso iure nulla esse: & num.3. ibidem referente,communi voto a doctoribus tradi, quos Francis. Curti. senior citat,& sequitur in consil. 19. incip. viso priuilegio, 4. col.num.6. versic.agredior,pari modo inlegitimatione,prout in dispensatione, quaodã etiã causæ cognitionẽ, vt valeat,exigi.

3 ¶ Sic Bar.in.d.leg.iudex notat iudicis mandatũ,de mittẽdo aliquẽ in possessionem,non præcedente causæ cognitione non valere: & Bal.ibi,legẽ illã singularem dicit,quòd mandatũ de discutiendo de possessione,factum sine causæ cognitione,nõ valet, & idem Bal.in.l.1. C. quo mod. & quand.Iud.scribit excommunicationem latã contra nõ parẽtem huiusmodi mandato,nullã esse:ante quos idem cẽsuerũt,innocen.in.c.proposuit,de cōces. præb.col.2.& Oldra.consil.81. incip.quòd processus, nu. 7. & Philip.Deci.consil.125.incip. in causa spoliationis nu.7.&.8. & iure nostro Regio, optimus est tex.l.3.tit.14.lib. 3. ordin. Reg. & in.c.1.ibi. *nec nos contra inauditã partẽ aliquid possumus diffinire.* ð caus. posse.& proprie, vbi in vtroq; Principe expræssim id Panor. not.nu.4. & Hippol.in.l.3 vnoquoq;,ff.de re iud.num. 8. cum plur.sequen.et in sing.75.incip. citatio est maximi effectus. August.Berol.in.d.c. quæ in ecclesiarũ,nu.140.& Latius in.e.con quærente,6.col.versic.secundũ est,nu.13.de resti.spol.& in.d.c. quoniã cõtra,nu. 87.de proba.

4 ¶ Inde præceptum,& præconizatio,oulla causæ cognitione & parte non citata facta,nulla est, & inualida:secund.Stephã.Bertrand.cõsil.16.incip. pro pleniori discussione: num. 2. vol.4.& Bal.not.in. c.1.in prin.col.pen. num.8.de controuer.inuest.nullũ iuramẽtum decisiuũ, deferri posse in probationis deffectũ,

 nisi

nisi viso, et discusso, qualis sit iste defectus, esseqꝫ tex. in. c. 1. §. his vero in verbo, *diligenter*, q̃ sucess. frat. vel de gradi, succeden. in feu. vbi idem Bal. nu. 3. nota verbum (dicit) quòd ad delationem iuramenti, in deffectu probationis, non est procedeodum ex abrrupto, sed causa cognita: & in tali delatione, iudex habere debet æquitatẽ præ occulis, quia ista delatio magis innititur æquitati, q̃ Rigori: vt dicit ibi glo. multum notab.

5 ¶ Et inde Domini. (cum quo alij conueniunt) in. c. 1. de cõce. præ. in hæc prorũpit verba, vnde possessor nollẽdo sine causæ cognitione possessionem dimittere, non indebite contradicit: & paulo post, citat Archidia. di ceotem, quòd exequutor primo debet intentionem suam fundare, nec in contradictorem etiam facti, pœnam in ferre, ante quã appareat ipsum contradictorẽ, esse in culpa, turbando suam potestatem.

6 ¶ Et innocen. in. c. tua, de cohabit. cleri. in fin. nu. 7. cum seq. & in. c. cũ venissent, de io integ. restit. nu. 8 hæc etiã scribit verba, vel dic melius, talia mãdata quæ non fiunt cũ causæ cognitione, sed ex abrrupto, nõ tenere vim sententiæ diffinitiuæ: vel interloquutoriæ, & ideo non transire io rem iudicatã, etiã si nõ appelletur: argum. l. 3. & pen. C. cõ minatio, vel epistol. a Ioã. Lup. de Palaci. rub. citatus, & proba tus in lib. de benefi. vacantib. in curia, §. pen. col. 2. & Probo, in. cap. 2. de constit. lib. 6. col. 4. bonus ex tex. in. l. nec quicquam. §. vbi decretũ, ff. de offic. procõs. secũdũ intellectũ Iacobio, communiter ibi receptum.

7 ¶ Per quẽ, et aliquot alia, scribit ibi Iason, col. 2. vt plurimum teneri præceptum exequutiuum sine causæ cognitione, ac sine clausula iustificatiua factũ, ipso iure esse nullũ: & posse sperni. nec eum, qui illi nõ paret, in pœnam vllam precepti incidere.

8 ¶ Sic, & cõcessio, vel dilationis denegatio, cũ causæ cognitione fieri debet. l. 1. & l. à procedẽte. C. d dilatio. & §. spatiũ. 3. quæs. 3. & inde, diligentũ practica oritur indicũ, vt sibi faciãt deferri per notariũ acta, ad huiusmodi prouisionẽ rectefaciẽdã vidẽda.

9 ¶ Causæ enim cognitio, nec dũ ad iudicij solemnitatem, verum etiã ad naturalẽ iustitiã cõseruandam, ad inuẽta est, & ratiooi cõ uenit naturali, vt prius quis cognoscat id, super quo iudicare debet, et ideo cognitio talis, actũ debet præcedere, nõ sequi: aliãs huiusmodi præposteratio, viciaret: secund. Bal. in. l. nõ enim, in princip. cõmen. in fin. ff. de ado ptio. quem sequitur Felin. in. c. quoniam contra. col. 1. in prin. vt lit. non contes. proptereaqꝫ dici consueuit, quòd cognitio causæ, à iure descendit diuino, iuxta illud Genes. 18. (sic intelligendum) *Descendã, & videbo. &c.*

d. c.

d.c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & Pan or. scribit in d. c. 1. de caus. poss. & prop. quē idem Felin. sequitur in d. ca. ecclesia sctē Mariæ, col. 12. versic. 2. not. nu. 26. de constit. qua ex parte, scilicet, ad innocentis defensionē, necessaria est, & ad iustitiæ ministerium: vt ius suum vnicuiq; reddatur. Nam & ex eodem principio, Prouerb. 8. per me *Reges regnāt: & legum conditores iusta decernūt per me Principes imperāt, & potētes decernunt iustitiam.* iustitia, à quocunq; ministranda est Principe, alioqui tyrannidem exerceret. at cū naturali etiā ratione, causæ cognitio, & alia his similia, necessaria omnino sint, vt ius suum cuivis tribuatur, consequens est, à Principe, (vt cunq; summo remitti non posse.) sicuti in defensione loquendo, tex. notat in clemē. pastoralis, d reiudic. ad finē. quē quidē locus manifeste probat id à Principe tolli non posse, quód naturalis sit defensio, & iure naturali instituta: vt not. Cardin. ibidē, Panormit: & alij in. d. c. 1. de causa, poss. & prop. Felin. & Detius in. c. ex parte. 2. col. 2. de offic. delega. idem Felin. in cap. cum olim. 9. col. de re iudica. Detius in rubric. de appel. col. 4. glos. in extrauagan. rem non nonam, de dolo, & cōtum. & post Oldra. consil. 43. & Socin. consil. 164. incipien. visa bulla, vol. 2. & cōsil. 187. volum. 3. Hippol. in leg. vnic. C. de rap. virgin. num. 91.

10 ¶ Sic, nec Princeps contra subditum, causæ cognitionis defectum supplere potest. tex. est in. §. ceterum. d. clemen. pastoralis. quicquid Bal. voluerit in leg. fin. ad finem, in versic. extra glo. oppono. C. de fructi. & lit. expen. & in. l. nec causas. C. de appel. & in. c. domino guerram, in prin. colū. vltim. hic finitur lex. scribens in consulte, dictam clementinam, loqui in non subditum: & quód subdito non citato, possit Princeps procedere: cuius etiam sententiæ, Alexan. fuit, in cōsil. 2. col. 4. vol. 1. & alibi, quos citās, fortunius Garsiæ subtilis, apertis confutat rationibus in. l. Gallus, §. & quid si tā tum. num. 278. cum sequētib. ff. de lib. & posthu. Vocādus enim absens omnino est, à Principe etiā summo: cum alioqui dānari nequeat, absq; maximo periculo, & temeritate mortalis criminis, quód cōmitteret Princeps. qui sic in auditum iudicaret. de sessioq; etiā hæc, ei, vt audiatur; competens, à naturali deducatur ratione: ac iure ipso naturali instituta censeatur: cuius tamen defectum, Princeps supplere nō potest, Speculatore, teste in titul. delega. §. nunc ostendendū, versic. 18. & Bald. in eiusdem additi. ibidem. 2. col. versic. supplētes (qui id dictū nota esse dignū dicit,) & Frācis. de Aret. in consil. 166. incipien. visis diligenter pen. col. Angel. in. l. adoptio nō iure facta, ff. de adoptio. & in cō

sil.117.incipien.in facto proponitur, circa finem (vbi censuit statutum excludens omnes exceptiones, non compræhēdere exceptiones à iure naturali prouenientes.) & quam plures alij ab Hippol. Marsilien. citati, in singu.79.incipien. confirmatio. quo loco, quoq; refert i versic. & scias etiam, quòd cōfirmatio superioris, licet confirmet omnia, ac omnem suppleat deffectum, hoc tamen fallere, quādo in re confirmabili, vitium est, à Principe non purgabile: puta citationis deffectus: ex Panormitano, in.c. ea quæ, de re iudicata quem ibi in vltima col. Felinus refert, & sequitur: citans pro se Hostiensis dictum, in.c.1. de tran sationibus.

11 ¶ Imo pro Principe ipso non præsumitur, vbi Causæ cognitio non interuenit: vt concludit notabiliter idē Panormi. in.d.c. 1.col. 2. de causa possessionis & proprietatis. & in.c. cum olim, col. penul. de re iudica. Philip. Decius in consil. 544. incip. fere nissim. 3. col. versiculo, secundo principaliter, & Capitius decissio. Neapolit. 69. incip. in causa Ioannis, nu. 35. & ante eos, Innocen. in.c. quanto, de consuet. subiungens, quòd licet in his quæ sunt iuris positiui, in Principe, præsumamus causam. leg. fin. C. si cont. ius, vel vtil. pub. tamen in his quæ sunt, de iure Diuino, vel naturali, cum ea non possit sine magna causa, eam debet exprimere, vt sciatur, & sit notum, Principem id potuisse: & ibi idē Panormi. dicit hanc Innocen. sententiam, nunquam obliuioni tradendam: & notat Abbas ipse, in.d.c. quæ in ecclesiarum. 3. col. de constit.

12 ¶ Et ita procedit, quòd in.d. §. nunc ostendendum, versic. 18. Specula. scribit, quòd cum dispensatur eum in habili, debet de hoc fieri expræssa mentio: nec sufficit generalis, maxime quia debet fieri cū causæ cognitione, alias potius diceretur factum temerarium, quòd agitur contra iura, quam dispensatio, etiam facta à sciente, & dispensare valente, & idem not. in titul. de dispensatio. §. qualiter autem, versic. debet autem, & versic. dicunt autem quidam, & versic. nunquid ergo. & sequitur Anchar. in.c.1. de filijs præsbit.

13 ¶ Principis enim, & Decreti verba temperari debent, ne absurdū sequatur. leg. nam absurdum, ff. de bon. libert. c. in Genesi, de electio. c. quemadmodū, de iure iuran.

14 ¶ Et lex quæ diceret, quòd sine causæ cognitione, iura alterius Rex posset tollere, non valeret: secund. Bart. in. l. 1. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. & in l.1. ff. de constit. pecu. & in proœm. digestorum. col. 3. & Bald. in consil. 135. incipien. articulus, siue casus, 2. col. nu. 3. vol. 3. & ex his, intellectus deducitur clarus illius clausulæ, quæ frequentissime in Roma-

Romana expediri solet curia, ad supplendos quoscunq; defectus, ut per eam causæ cognitionis, & citationis deffectus minime suppleri videatur, quòd expræssim, Staphilæ. notat de liter. gratiæ, & iustitiæ, fol. 145. & optime, Ludouic. Gomez. in tracta. vtriusq; signaturæ, num. 68. Ceterum tamen, illud etiam expeditum est, posse Principem, illis in actibus, quos ipse, absq; alicuius iniuria, facere potest libere, citationem, & causæ cognitionem tollere: quæ his in casibus necessaria nõ est. Nec Principis, liberam impedire valet voluntatem. Sicq; procedit, Socin. in. d. consil. 164. volum. 2. & alijs in consilijs, quæ refert, & sequitur, Aymon Crauet in consil. 5. incipien. tria sunt principaliter. 2. colum. & Detius consil. 498. incipien. viso casu, col. fin. & versic. secundo respondetur, quòdq; ipse tradit, in cõsil. 191. incipien. in causa quæ agitatur. 3. col. num. 7. dum alios citans, scribit, quòd quando Princeps de potestatis plenitudine, & ex certa scientia, alicui gratiam facit, non est opus citare illos, quibus præiudicium infertur: & quòd vbi Priuilegium conceditur, non est de more, nec de iure, quòd quis citetur, quia fit superioris donum: & sicut Princeps solus, legem condere potest, sic etiam priuilegia nullo citato condere. Ita, etiam intelligendus est Bald. in leg. ab eo, C. quom. & quand. iud. & in. l. fin. §. cum igitur, versic. quæro igitur nunquid de necessitate. C. de iure deliber. dicens, actũ parte non citata, valere: quando ipsi non citato præiudicium non facit, quæ fuit Innocen. sententia, in. cap. humilis, de maior. & obed. quam quoq; idem Bal. tenuit, in authen. si omnes. C. si min. ad hæred. se abst. & Alexan. in consil. 86. incipien. visis dubitationibus, volũ. 2. vti eos Hippol. refert, & sequitur in singula. 30. incip. tu scis regulam. Paritem modo, accipiendũ est, & illud, Oldra. in consil. 95. incipien. ex forma istius statuti, in final. verbis, censentis, illius citationem, seu vocationẽ, aut præsentiam necessariam non esse, qui vocatus, & præsens contẽtioni contradicere, aut aliquid in contrarium allegare, non posset: & notatur in. l. sicum seruus, §. 1. & §. fin. ff. de fideicom. libert. & in. l. recusare, in prin. ff. ad. S. C. Trebel. cũ alijs, per eundem Marsilien, d. singula. citatis & Felin. in. d. c. ecclesia sact. Maria. num. 20. nempe quòd hac in specie, ipsi citando, ex non citatione, præiudicium minime sequatur. Sed, & in iure quòd Princeps, de potestatis plenitudine tertio etiam sine causa auferre potest, Principis valet factum, sine citatione partis, cui in uitæ, & sine causa præiudicare potest, siquidem in vito aliquo, siquid fieri poterit, multo ma-

gis eo absente, & ignorante fieri possit. vt scribit Ludoui. Roman. in consil. 212. incipien. quo ad primum. 1. col. num. 2. tex. est in l. qui potest. ff. de re. iu. & optimus in. l. 4. §. illud videamus, ff. de fideicom. liber. ibi, *& cum multis alijs possint bona propter libertatem addici: vtq; etiam absentibus quibusdam possunt addici.* & respondet Crauet, in. d. consil. 5. col. 2. num. 3. & Decius in. d. consil. 191. col. 3. num. 6. & 8. (isto intelligendus casu) quo etiam, nec pars ipsa spoliata, seu ex eiusmodi sententia, possessione priuata, restitue da est: vt in spoliato autoritate Principis, Bald. (qui sic debet intelligi) consuluit, in cōsil. 345. incipien. ad euidentiam præmittendum est. 2. col. circa medium, vol. 1. vbi dicit hoc. procedere; licet Princeps, quem expulerit de possessione, clam, aut manu armata, etiam sine aliquo processu, aut citatione, quando castrum seu feudū ad ipsum Principem erat deuolutum. solumq; Bald. in Principe considerat, ne iuris solemnia requirantur, expulso, ius vere non competere. Cui alludit, quòd idem Bal. pari modo admittendus, notat in capit. 2. de feud. sine culp. non amitten. & in consil. 141. incip. tema huiusmodi, 2. colum. vol. 2. delictum vasalli, si notorium sit, posse Principem, sine causæ cognitione, feudū alteri cōcedere. quod, & (ex eadem radice) in inferiore à Principe procedit, secund. eundem Bald. in cōsil. 17. incip. factum sic proponitur, col. fin. vol. 5. cuius etiam Decius (licet eum non referat) sententiæ fuit, in. d. consil. 191, col. 3. numer. 9. & fin. col. post Roma. (quæm ibi citat) in consil. 499. incip. in præmissa, col. fin. numer. 5. cum seq. cui, Panormi. egregium ad stipulatur ex eadē farina dictum, in. c. quia clerici, not. vltim. de iur. patro. quod si quis notorie tenet ecclesiam iniuste, non est necessarium, quòd Episcopus eum vocet in iudicium, sed potest eum spoliare de facto, sicut de facto se ingessit, & quod extra iudicium, per partes facta, possunt per iudicē extra iudicium de facto reuocari, quòd dicit elegans, & in æter nam rei memoriam tenendum Felin. in cap. qualiter, & quando. 1. col. 8. num. 15. de accus. (vbi subdit magnam esse declaratio. ad glo. verb. vocato, in. d. c. licet Episcopus, de præb. lib. 6.) et dicit sum me esse notan. Hippol. in sing. 195. incip. nemo priuandus. (quòd iā vidi practicari in quodam heremita, qui annis proxime elapsis, diuersoriū fecerat ad modum oratorij, in via, qua, ab Vtraria, Hispalimitur, iuxta torrentē sanct. Ioānis, quòd de facto per Vicariū oppidi de Alcala, diruptū fuit, sicut de facto fabricatū.) Quibus minime obest si recte consideretur tex. in. d. c. 1. de caus. posse. & pro. Nam illic, nulla tollitur à Principe potest-



testas, nec significatur in eo, deficere potestatẽ aliquã diffiniendi quidq̃, aduersus ĩ auditã partẽ, ex verbo possumus, præmissa negatione. lex siquidẽ humana, nullã inducit Principi: necessitatẽ, not. in. c. in causis, d re iud. et per Iason. in. l. cum prolatis. 1. col. ff. eod. Sed potius materia subiecta, quæ ratione, à iure naturali, necessitatẽ inducit, ipsi met Principi, eadẽ ostendit, Principẽ nihil posse aduersus in auditũ, & nõ citatũ diffinire: vti fortunius explicat in. d. leg. Gallus, in prin. col. 16. ff. de lib. & posth. quẽ refert, & sequitur Couaru. in. lib. practi. quæs. c. 25. num. 6. versic. tertio colligitur, & inde, eadẽ ratione naturali fit, Principẽ etiã de potestatis plenitudine, subdito, sine causa suæ rei dominiũ auferre non posse. not. Cyn. & . dd. legistæ in. d. l. fin. C. si cõtra ius, vel vtil. Innocen. & Canonistæ in. d. c. quæ in ecclesia. Pau. Castr. in cõsil. 317. incip. viso, et examinato pũcto, col. pen. vol. 1. Iason in. l. Barbarius, 6. col. versic. circa duas vltimas, ff. d offi. prætor. & Philip. Detius in cõsil. 588. incipiẽ. viso pũcto, et dubijs. 3. col. nu. 13. cũ seq. & dicit Angel. in cõsil. 139. incipiẽ. visis omnibus, col. 2. quòd auferre mihi meũ, sine causa, iustitiã est mihi denegare. & lex, seu rescriptũ, etiã cum clausula nõ obstãte, quód iustitia denegetur, nõ valet: quia cõtra ius sit naturale. Sic, & decretũ, quòd iniquitatẽ, aut iniustitiã cõtinet, ex eodem principio, nõ valet: secũdũ Bart. communiter probatũ ĩ. d. l. fin. 2. quæs. in. fin. si cõtra ius, quòd cõtra legis substãtiã sit, quæ iusta, & honesta esse debet. c. erit autẽ lex. 4. dis. & quæ nõ potest naturalẽ eradicare iustitiã, teste Bald. in. d. c. quæ in ecclesiarũ. 2. col. versic. sed nũquid statutũ, & Detio (qui eũ citat, et sequitur.) ĩ cõsil. 528. ĩcip. pro resolutione, 3. col. nu. 8. & . 9. Satisq; ad id sit, nr̃, vt Hieronymus, à præcitato audiretur iudice eũdẽ minorẽ cũ matre, et sorore, in possessione existere, cũ multũ cõsideretur possessio. secũdũ eũdẽ Bal. in. l. exequutorem. 15. col. C. de exequ. rei. iudica.

15 ¶ Et magnum, sit commodum possessionis. c. 1. in prin. de contro. invest. in vsib. feud. & notat idẽ Bal. in. c. 1. de cõt, inter dom. & fid. 3. col. l. 28. tit. 2. part. 3. tradit plene; Felin. in. c. olim, col. pẽ. & fin. de rescrip. & quemadmodũ Princeps non cẽsetur in dubio, tollere ius quæsitũ alicui, ita neq; possessionẽ: vt vtrũq; Imol. parificat sic generaliter cõcludẽdo, ĩ cõsil. 121. in. 1. & . 2. col. et Socin. in cõsil. 120. incipiẽ. memini, me, in. 5. et. 6. col. vol. 3. (vbi plures citat cõcordã.) & ante eũ Oldra. cõsil. 268. incipiẽ. quæstio est. (qui notabiliter loquitur.) parique voto, sicut In dubio, Papa iuri alteri quæsito d rogare nõ videtur, ita nec possessioni: secũd. Panor. in. c. 1. 3. col. versic. itẽ cõtra hoc dictũ, de rescrip. & Pet.

de Anchar.in repet.c.si propter eod.tit.lib.6.quem sequitur Felin.in cap.in nostra,corol.36.numer.34.extra eod.tex.est, & ibi idem Panor.post Inno. & alios, in cap.dudum,de decim, & bonus,in.c.2.eod.tit.lib.6.quae iura,ad hoc ponderat, Calderin. in consil.29.titul.de praeben. & consil.vltim. de reb.eccles. non alieo.Domini. in. c. cum de beneficio.2.col.versic. quid si non potest,de praeben. lib.6.tex. est notabil.in. cap.dilecto,de verb. sig.vbi aperte probatur, quod ex possessione,ius acquiritur,& quod sicut non est intentionis Papae,alicui,ius tollere,ita neque eidē,possessionem auferre,possessio enim acquisita,nihil aliud est,quam ius,l.peregre,ff.de acquiren.posse.& in.l.si quis ad se fundum,C.ad leg.iul.de vi pub. ibi, *Possessionis iura*, per quem tex. voluit ibi Bal.(post Innoc.in.c. episcopi,de reb.eccles.non alienam.per illa verba directa iudici. *Studeas ad ius, & proprietatem ecclesiae reuocare.*) includi possessorium.(cuius, & nos meminimus in. 5. fundament. huius. 2. part.num. 11.) & inde in rescriptis,quae stricte interpretantur, videmus,appellatione iuris,possessionem includi,secūd. Specular. (pluribus hoc probantem iuribus) in tit.de probatio.§. videodum,versic.sed pone statutum,& quod possessio sit ius,& nihil aliud, doctores notant, in rubri.& in.l.1.ff.de acqui. poss.

ea propter, idem iudicamus,de bone fidei possessore, quod de domino.l.magis puto.§. 1. ff. de reb.cor.qui sub tutela. cum concordan. de quibus per modernos in.l.bona fides,ff.de reg.iur. & in pari causa tituli, possessio dat ius.c.si à sede, de praeben. lib.6.& quod Regula Cancellariae,de iure quaesito non tollendo, locum habeat quādo possessio tollitur, Ludo.Gome.nouissime probat,(& ita Rotam pronūtiasse,) in ead.reg.quaestio.5. versic.sed praedictis.

16 ¶ Sic,vt ius tolli non debet, ita neque possessio sine causae cognitione,alicui auferēda est,vt not. Innocen.in.c.inter, de maio. & obedien.Bald.in.l.si deserta, C. si prop.publi. pensitatio. Bart. in.l.fin.5. col. versic. item extra glo.quaero.C.d̄ edict.di. Adriatollen.tex.est in.d.c.licet episcopus,de praeben.lib.6.

17 ¶ Ex quo,etiam ibi notatur ,in iustum possessorem sua possessione, minime priuandum fore, sine causae cognitione. lex est fin.C.si per vim vel alio mod. c. 1.in prin. si de inuestitu. feud. fuer.contro.vbi glo.Rot.decis. 7.nu.1.in antiq.Alexan.in cōsil. 5.inci.in causa,& lite.1.col. vol. 2.Felin.in.c.dudū.7.col.nu. 24 d̄ praesūpt.et in.c.cū olim.6.col. nu.11.de sent.& re iud.& in.c.2. de simō. Hippol.(alioscitās) in singul. 195. supra alleg. & satis probari videtur,ex.l.2.in fin.& 3.tit. 14. lib. 3. ornatio. Regiar. qui-

quibus cõsonat, prædonem ante quam possessione priuetur, citandum fore. ex Bald. in l. nam ita Diuus, col. 2. versic. sed nun quid quilibet possessor, ff. de adoptio, & not. Felin. in. d. cap. in nostra de rescrip. d. corol. 36. num. 34. versic. quinto no. (post Domin. in. §. sed obijcitur. 2. q. 3. & Compostel. in. c. capitulũ, eod. tit. de rescrip. quos ibi citat) quòd possidens colorate beneficium, licet aliàs collatio non tenuerit, sine causæ cognitione amouendus non est. Sed, & Cardin. consil. 63. num. 2. & expræssius consil. 75. incipien. Reuerēde pater, & consil. 54. incip. lite, numer. 4. & consil. 10. & consil. 103. incipien. casus superquo, num. 21. consuluit, possessorem, siue colorem possidendi habeat, siue non, sua possessione, sine causæ cognitione amoueri non posse, & voluit idem Cardin. in clemen. 1. quæstio. 9. de offic. delega, cui ibi etiam Imola consentit, num. 38. & fusius, nume. 47. dicens glo. clemen. illius, quæ habet, exequutorem non teneri ad partes iudicis assumendas, procedere, quando possessio est vacua, vel tantum ad collationem vult procedere. Secus autem, si etiam possessionem, ab alio ocupatam velit tradere: & idẽ, Pet. de Anchar. in consil. 240. incip. per prædicta. numer. 3. qui prædictis, addit, cum, in cuius fauorem, talis exequutio sine causæ cognitione fieret, omni iure suo priuari: per. l. meminerint. C. vnde vi, & idẽ sentit, in cõsil. 274. incipien. ad declarationem, & tenet Felin. in. c. fin. col. 7. d̃ præscriptio, asserens exequutorem gratiæ, debere assummere partes iudicis, & prætermittere meram exequutionẽ, quoties alius est in possessione, etiam si iniustus, sit detentator, vel intrusus, vel etiam priuatus ipso iure. & ibi citat Calderin. qui in cõsil. 4 de dilatio. affirmat hoc, de illicito possessore, & in truso. & probat Vital. de Camba. in tracta. clausula. clausul. 32. si tibi constiterit. col. 2. (pulchre sic loquẽs) exequutor in conferendo, non tenetur citare partem, vt dicit Archidia. in. c. ordinarij, de offic. ordin. sed in amouẽdo à possessione sic. vt in. d. cap. licet, de præb. lib. 6. sicut prætor, non citato possessore, confert bonorũ possessionem decretalem, vt nota. in leg. 4. §. pẽ. ff. de bono possess. tamen bonorum possessionem corporalem non dat, nisi citato bonorum possessore. leg. 1. C. quor. bono. & ibi plene nota. facit. lex, edicto. §. 1. C. d̃ edic. Diu. Adri. tollen. hancq; etiam conclusionem tenent Hostien. Archid. Ioan. Andre. Dominicus, & Perusinus. Innocent. sequuti in cap. 2. de conces. præb. lib. 6.

12 ¶ Sic, licet exequutores, & sub exequutores gratiarũ Apostolicarum, possint, vt plurimum, si velint, sine causæ

cog-

cognitione procedere: secũdum glos. magnam circa medium, clemen. 1. de offic. deleg. & glosam Zenzelini, in extrauagan. sedes Appostolica Ioann. 22. de concess. præben. in verbo, exequutores, & glo. (quæ latius loquitur) Guiller. in ead. extrauag. & eod. verbo, eod. tit. inter communes, quòd est originale Innocen. dictum, in. c. fin. de præsump. & in cap. proposuit, de concess. præben. quando tamen exequi volunt cõtra eum qui est in possessione, tenentur assummere partes iudicis: & procedere cũ causæ cognitione. & est tex. celebris in. d. c. licet episcopus, quòd habet, beneficium vacans ab aliquo possessum, posse quidem cõferri, ab ordinario, non vocato possessore, possessionem tamen, nõ posse tolli ab eo, antè quam audiatur: & eum ordinarius, (cuius potestas fauorabilis est, & amplianda, clem. 2. de offic. ordin.) hoc non possit facere, multo minus delegatus, cuius potestas odiosa est, & restringẽda. c. ad hæc. c. nõnulli, in prin. de rescrip. c. P. & G. §. 1. de offic. delega. sicuti à Cardin. (cuius est hæc ratio) proditũ est, in. d. consil. 103. num. 21.

19 ¶ Pari etiam modo, Innocen. in. d. cap. proposuit de concess. præben. hæc innuit verba. exequutorem quidem, non solum de beneficio, iure, ac facto vacante, prouidere posse, vel prouidere mandare: sed etiam de vacante iure tantum: sed ante quàm possessionem tradat, debere summatim possessorem audire, & si inuenerit eum male tenere, iubebit, & coget eum facto dimittere: sicut de facto tenet, & postea exequetur mandatum. (& paulo post.) si hunc ordinem dimitteret exequutor, cassaretur quòd fieret. per cap. cum nostris. & cap. literas. de concess. præb. & leg. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iudi. & idem, ipse scribit, Innocen. in. cap. 1. de concess. præben. lib. 6. sub his verbis. Cum mãdatur, quòd etiam inducat in possessionem, & contradictores compescat, dicimus, quòd malefecit iste exequutor, quia licet possit præbendam conferre, non vocatis his quorum interest, tamen nullo modo debet auferre possessionẽ alicui, nisi vocato, & conuicto possessore, nec etiam aliàs statum possessionis mutare: leg. fin. C. si per vim, vel alio mod. nisi primo collationẽ fecisset partibus vocatis, & cum causæ cognitione, & in. c. 2. de priuileg. num. 2. sic loquitur, exequutor Papæ merus, sine vlla cognitione non posset alicui, etiam partibus, vim inferre, nec de possessione aliquam partium extrahere. & paulo inferius subdit, imo plus videtur, quòd siue merus exequutor inueniat rem, vel ecclesiam, cuius possessionem dare debet, sine vilo præsente possessore, ita quòd sine vlla violentia

lentia dare poteſt poſſeſſionem: tamẽ eã dare non debet, niſi ille qui eã tenet, de facto, primo reſi gnet, vel verbo, vel autoritate iu dicis, inde pellatur. & ſic intelli gũtur dcretapræallegata.c. quia diuerſitatem, c. cum noſtris. &c. literas, & Innocẽ. Oldra. ſequi tur in conſil. 81. incip. quód pro ceſſus, num. 7. qui prædictis, ea addit verba, & ideo ſentẽtia ex communicationis, etiam nomi natim in eum qui eſt in poſſeſſio ne lata, non tenuit, cum exequu tores non habuerint in eum po teſtatem, niſi indebite contradi ceret: ipſe autem nolens poſſeſ ſionem ſine cognitione dimitte re, non indebite contradixit, vt not. Innocen. Hoſtien. Ioan. Andreæ, Calderin. & Archid. in.c. quia incunctis, de conceſ. præben. lib. 6. & idem, ipſe met Oldra. tenet in conſil. 227. inci pien. de toto. nu. 3.

20 ¶ Imo, & ſi in prædicta diſpoſi tione, fuiſſent clauſulæ; ex cer ta ſcientia, & de plenitudine po teſtatis, ſeu motu proprio appo ſitæ: vim tunc habuiſſent, quan do cum cognitione cauſæ eſſet proceſſum. aliter vero ſi abſqꝫ cauſæ cognitione, nam tunc ni hil operarentur: vt notabiliter colligitur ex deciſio. Rotæ. 230. incipien. Papa confirmando, in no. à Philip. Detio citata, et ſum me ad hoc comendata, in conſil. 410. incipien. in cauſa mota Me diolani, 4. col. numer. 21. & in. d. conſil. 528. colum. 3. numer. 8. & not. Socin. (plures huius ſen tentiæ citans) in conſil. 164. in cipien. viſa bulla, 3. col. num. 10. & num. 16. cum ſequenti. vol. 2.

21 ¶ Sed neqꝫ per clauſulam ſum marie, & de plano, & ſine ſtre pitu, & figura iudicij, excluſa in telligitur plena cauſæ cognitio: ſecundum omnes ſcribẽtes per tex. ibi. in clemen. ſæpe, de ver bo. ſignif. & Bart. in extrauagã. ad reprimend. verbo, ſumma rie, & in. l. 1. §. fin. ff. de prætorijs ſtipula.

22 ¶ Noſtroqꝫ in facto, locũ præ fata maxime ſibi vendicant, ſi quidem Princeps ipſe de pote ſtatis non poſſit plenitudine, ius tollere ex contractu quæſitum, niſi cum cauſa magna publicæ vtilitatis. l. item ſi verberatum, ff. de rei uendic. quia iuſtitiæ ſu perioris, præceptũ ſit, ius ſuum vnicuiqꝫ tribuere, & alterum non lædere (de quo in. 1. conclu ſio. elucidationis in foro inte riori pragmaticæ taxæ panis, ſatis dicimus) quo præcepto, princeps ipſe, Pontifex, & Im perator ſubijcitur, & qua ex parte homines ſunt, rationi de bent eſſe ſubiecti: vt not. Bal. in leg. 2. C. de ſeruit, & aqua, qui bus legem ſuam naturalem, vlla ſine diſtinctione Deus ipſæ opti mus, & maximus in fundit. quã nullus humanus ſiue ſit Põtifex, ſiue Imperator, trãſgredi poteſt. c. non ſana. 9. diſt. nec Imperato ria poteſtas, hanc rationis, & na turæ legem, poterit ideo, in ali quo

quo excedere.c. imperatores.c. qui resistit.c.non semper. cā. ita corporis,11.quæſ.3. ſiquidē mē-ſurā cœleſtis diſpenſationis ratione circunfuſam,prætermit o debeat,cum aliud, in contumeliam ſummi ipſius Dei foret,diſponentis,quicq; omnia ratione diſpoſuit,&terminauit.c.certū, &.c.non licet.10.diſtin. & in.c. glorioſus,in prin.de reliq.& veneratio.ſancto.inde nihil debet velle,niſi quòd deus velit, at cū ipſe omnipotens ea velit, quæ ſumma cōſtant ratione,eadem, et præcipiat:vt in.d.c.glorioſus, &alijs in iuribus,conſequēs eſt, quòdcunq; Princeps contra rationem fecerit,non Dei voluntate , nec tradita ſibi poteſtate fieri,quódq; ſine(de qua prædiximus)cauſa,ius ex contractu quæſitum,tollere nō poſſit,quā uis plenitudine poteſtatis vtatur ſuæ,& id contra Bald. Dynum Bart. Paulum, & Alexan. (in locis per eum ibi citatis) for tunius Garſiæ.defendit in. d. §. & quid ſi tantum.113.col,cum ſequen.num.284.cum ſequentib. leg.gallus,ff.de lib.& poſth.

23 ¶.Inde clauſulā motu proprio, in præiudicium tertij,nihil. operari. Hoſtiēſis ſcribit.in,cap.cau ſamq;. 2. de teſtib. colum.1. in fin,& Cardin.in conſil .96. incipien . videtur vnio præmiſſa, in prin. & conſil. 136. incipien. præmitto,colum.fin..(vbi allegat Clemen.1.de præben.)& in conſil.142.incipien.videtur dicendum,col. (item) final. verſicu.& ſi dicatur.

24 ¶.Sed necq; ea ratione , eaſdem clauſulas cauſæ cognitionis defectum,(quæ de iure naturali eſt, vt ſupra diximus) ſupplere nō valere:Petrus ab Ancharrano,autor eſt:in conſil.212.incipien.de iure communi, verſicul. ſubſequenter,vbi hoc ſcribit in Imperatore , & inducit. d. clemen.paſtoralis,de ſenten. & re iudi.vbi,notab.3,Cardin.idem not.& tradit Alexander,in cōſil. 79.incipien. circa primum, col.1.verſic.circa ſextum. vol. 1.

25 ¶.Et licet eius facultatis,diſpoſitio ſit,quòd debeat adlitera,& prout iacet obſeruari , ex eadē (vt aiunt) radice,inſta interpretatio non excluditur : vt docet Bart.in leg.omnes populi, colpen.verſic . vltimo quæritur,ff. de iuſtit.& iur.Bal.in.c.2.de reſcrip.et in leg.ſiquis filium,in fine.C. de lib.præter. cum pluribus ab eodē Alexandro congeſtis,in conſil.80. incipien. viſo, colum.3.vol.1.

26 ¶.Nec ex quibuſcūq; verbis,cauſæ cognitionis excluderetur dfectus,argumēt.corū quæ Calderin.tradit in cōſil.8.ſub titul. de re iudi.& Pet.d Ancha.in.d.cōſil.212.in fine.Angel.cōſil.177. in fine,& Philip.Decius in.c. ex parte. 2.d offic.deleg. Clauſulæ nāq; hæ,ad ea referūtur,quæ humana,& poſitiua ſūt:& iquibus Princeps, vel Imperator liberā habet poteſtatē,iuri poſitiuo nō ſubic-

subiectam, supra quòd, & leges
ordinarias siue à se, aut ab alijs
sancitas, eam potest cum ratio
suaserit exercere potestatem: et
quãdoq; summa reipublicæ ne
cessitate vrgente, in his, quæ de
naturali sunt iure dispensare:
vt not. Ioan Andre. in regula, se
mel de regul. iu. in. 6. et in. c. pͦ ve
nerabilem, qui fil. sint legit. vbi
Panormi. eãdem tenuit senten-
tiam, & idem Panormit. in. c. lit
teras in fine, de restit. spolia. Su
præma, aut suæ potestatis vti-
tur plenitudine, cum graui cau-
sarum penso, quæ adea, quæ eiu
smodi sunt facultatis, sibi cẽsen
tur reseruata. c. quòd translatio
nem, de offi. delega. Nec ea paſ
sim, sed difficulter magnaq; im
pellente causa, vtendum est. leg.
2. in fin. ff. de natal. restit, ita
quòd pœnarum, quæ à iure po-
sitiuo sint imposita, relaxationẽ
concedere sine causa non debe-
at. l. relegati, ff. de pœnis: vbi ne-
mo potest commeatum, remea-
tum ve dare exuli, nisi impera-
tor ex aliqua causa. & quamuis
glos. ibi dicat magnam esse cau-
sam, imperatoris volũtatem: nõ
debet velle, nisi ex causa velit:
vt textus ille docet, & ita pro-
cedunt, et intelligenda sunt, leg.
fin. C. de legib. cap. proposuit, de
conces. præben. cap. clericum.
§. ex his omnibus. 11. quæst. 1. &
cap. interalia, de senten. ex com
mu. vbi glos. verbo, interpræta-
tio. notat, ad eum pertinere iuris
interpretationem, ad quem iuris
constitutionẽ. Non tamen intẽ-
dit Princeps, quicquam in alte-
rius præiudicium concedere. c.
quanuis, de rescrip. lib. 6. etiã si
antedictis vtatur clausulis. lex
est (ita intelligenda) Regia, 4.
tit. 12. lib. 3. ordin. Reg. faciunt
leg. 2. &. 3. eod. tit. &. 3. tit. 11. lib.
1. earund. ordinatio. & sic proce
dit glo. final. (communiter rece
pta) in. l. 2. C. de inius vocand.
quæ habet pœnam pecuniariã,
parti applicandam, à Principe
remitti non posse. facit tex. l. 12.
tit. 18. part. 3. quam ad hoc citat
Mõtal. in. l. 4. tit. 12. part. 7. ver
sic. vltimo no. & probat notab.
Pet. Rebuf. (loquens in interes-
se partis, quòd Princeps remitte
re non potest) in præfatio. re-
pet. l. vnicæ, C. de senten. quæ
pro eo quòd inter. prof. nu. 30.

27 ¶ Inde eius voluntas non est,
vt quis sine causæ cognitione, à
sua amoueatur possessione. d. l.
fin. C. si per vim, vel alio mod. d.
cap. 1. đ caus. posse. & prop. (&
diximus in fundamen. 11. huius
2. partis. nu. 49.) quòdq; plus
quam cæteri, ipse princeps ca-
uere tenetur, ne occasionem in-
iuriæ tribuat: vel ne alteri, ius
suum auferat. leg. penul. C. de
hered. instituen. pragma. 6. &
67. Vallis Oleti. Ann. 1523. &
Madrit. 105. ann. 1528. & 62. &
67. Vallis Oleti Ann. 1537.
& qui circunspicere, causasq;
animaduertere debet, prius-
quam, in alterius præiuditium
iura distribuat, *Et verendum sit,*

ei ne lis

Ei ne lis in cognito negocio dirimatur, ademptâ copia conquærendi. l. ne causas C. de appella. quinimo punien- dos senset eos qui occasionem quærūt, vt Princeps alteri præ iudicet, et ob id recusat accepta re lites sibi donatas. d. l. pen. & §. fin. instit. quib. mod. testamen. infirm.

28 ¶ Sic, etiam contra subditum etiam in ciuilibus, Princeps de potestatis plenitudine eo nō citato, actū facere non potest, per quem dominium sibi de iure gētium acquisitum auferatur: Secund. Anton. & Imol. in d. Clemen. pastoralis. Cardin. & Panor. in d. c. 1. de cauf. pof. & pro. idem Panor. in d. c. cum inter de electio, & alijs in locis per Socin. (qui, & eum sequitur) cum alijs, citatis in cōsil. 266. incipiē. in causa quæ vertitur. 16. colum. num. 49. vol. 2. (vbi dicit hanc opinionem veriorem, & probabiliorem,) & est de mente Ioan. Andre. & Innocen. vbi ŋde Panor, & Imol. in d. c. cum olim, de re iudica. secund. eundē Socin. (dicentem, secundum hanc opinio. totius Italiæ consuluisse doctores) in consil. 120. incip. memini. col. pen. num. 13. versic. sed præmissis non obstantibus, vol. 3. & consil. 27. incipien. in præsenti consultatione. 3. col. num. 10. versic. præterea, eod. vol. & in. d. consil. 164. col. 4. versic. am plius dico, vol. 2. Detium in. d. consil. 544. & Aymo. Crauet in d. consil. 5. 2. col. nu. 5. quicquid Ioan Andre. & Anton. (sibi cōtra.) aduersum tenuerint, in. d. cap. cū olim. idem. Ioan. Andre. in. d. c. 1. de cauf. pof. & prop. & in. cap. in nostra de procurator. (vbi etiam Hostien.) Bal. in. d. l. ne causas. & in. l. 2. C. quom. & quād. Iud. & in. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. quæ contra Bald. in. d. l. ne causas, in criminalibus etiam procedit conclusio: prout primo citati omnes tenēt doctores, & ipse Bald. (sibi aduersarius) in. leg. 3. §. si is proquo, ff. quòd quisqꝫ iur. & Angel. in. l. si accusationibus. C. de accusatio. & consuluit Aretin. in consil. 165. incipiēt. sicut Ioan. dicit.

29 ¶ Ita etiā, clausula ex certa sciētia, in præiudicium tercij, nihil operatur: vt scribit idem Bald. post Andre. de yser. in præIud. feud. 12. colu. versic. Item dicit. And. de yser. Aretin. in consil. 15. incipien. Reuerendissime pater. & Detius (post Paul. ab eo citatum) in col. fin. nu. 36. d. consil. 544. & Ludo. de Gozadin. in consil. 26. incipiē. in causa illustrissimorum. 7. col. num. 40. cum seq. (vbi citat alia, his valde à cōmoda consulto à me breuitatis causa omissa) quicquid contrarium, Ioan. de Anania in consil. 81. incipien. viso instrumēto. col. fin. ipse Paul. & Alex. censeant: vt eos dictus Gozadin. adducit in. d. consil. 26. col. 2. num. 13. quorum omnium ea etiā potest ratio ad aptari, quòd potestas qua ipse vtitur, & po-

titur

titur super suos subditos princeps de genere sit bonorum, quã ei, suã ob clementiam, ipse optimus, & Maximus largitus est Deus, iuxta illud (Ioan. 29.) Iesu christi, ad Pilatum dicentis. *Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datũ esset desuper.* c. quid culpatur. 23. quæst. 1. facere autem præiudiciũ, ac ius partium auferre, de se (vt patet) malum est, & posse malum, nõ est posse, sed magis, non posse: de pœniten. distin. 2. c. Princeps; in bonitatis ergo dispositione, plenitudo adest potestatis: nõ autem prauitatis, & iuris compendiũ, seu potestatem trahere nõ potest, ad iniquum dispendium. l. fin. C. de vsucap. pro empt. facit ĩ argum. l. 1. respon. 1. ff. de offi. procur. Cæsar. præterea, nulli malum esse faciendum, à lege naturali est, quæ nobis fuit, per participationẽ quã dã legis æternæ, impræssa, statum à principio, vt agendorum nota nobis fierent principia: scilicet bene agendum, nulli nocendum, quòd bene agentes præmiari debeant, peccantes autem puniri. c. omnis. 3. distinc. quam, cum Princeps ipse humanus non condiderit, sed conditam præsupponat legem: ex consequenti patet supra eam nõ esse, siquidem nullus posset, supra ius quòd non condidit. vt docet Ioan. Monach. in extrauagan. rem non nouam, Bonifacij. 8. sub titu. de dol. & contum. verbo, non obstantibus.

30 ¶ Et quòd creditin alijs iustum, in se debet credere. c. cum omnes de constit. inde Panor. in. c. quæ in ecclesiarum. nu. 17. eod. titul. scribit, quòd vbi non subest causa veniendi contra ius positiuũ, Princeps peccat, illud violando: quia debet facere, vt bonus pater familias: quia data est ei potestas turbandi, & non molestandi, refert, & sequitur probus in additio. ad ad Ioan. Mon. in. c. nemo de electio, lib. 6. nu. 62. & illud potest, quòd de iure potest, argumen. l. plenum. §. equitij, ff. de vsu, & habitatio, & quando ab eo petitur, quid faciẽdum: intelligitur, quòd faciendum sit de iure: l. si mihi donatum. ff. de donatio. ibi. *Quærebatur quid ageretur.* Intelligitur secũd. glo. de iure.

31 ¶ Sic; in quacunq; Principis dispositione, ius tertij semper iudicatur exceptum, & saluo iure tertij, intelligitur: secundum Bal. in. l. 1. col. 1. versic. & nota quod non licet. ff. de constitu. Princip. dicentem, quòd omnia mãdata, & Principum rescripta, intelliguntur salua iustitia, si quid dat, confirmat, semper intelligitur, saluo iure alterius. l. meminerint. C. vnde vi. ab Alexand. sequut. in consil. vltim. incipien. clementissimi, colum. & numer. fin. volum. 4. & tradit idẽ Alexand. in consil. 106. incipien. perspectis. numer. 10. volum. 2. aliter, qui est omnium præsul, videretur esse omnium exul, quòd nõ est dicendum: secund. eundem Bal. in. l. Princeps, ff. de legib. & ita procedit, & intelligenda lex fuit est. 182.

32 ¶ Ideo quando Princeps tollit ius tertij, & defensionem, quæ de iure est naturali, pacta & contractus, qui de iure sunt gentium, causa in eo non præsumitur: saltem iusta. Panor. in. d. c. 1. de caus. poss. & prop. & in. d. c. cum olim, de re iud. Iason in. l. quominus notabil. 3. ff. de fluminib. & in. l. si testamẽtum. 1. col. C. de testamen. Decius (qui alios citat) dict. consil. 576. col. fin. & in consil. 602. incipien. viso puncto. 3. col. Claud. de Seyssello, in repet. l. vt vim. 4. col. ff. de iust. & iur. & probus, in eisdem ad Monach. additionibus, ī proœm. 6. libri. num. 4. (vbi dicunt, hoc procedere etiam, si Princeps potestatis vtatur plenitudine.) & sequitur Neuizan. in consil. incipiẽ. patres comederunt vuas, & Socin. in. d. consil. 266. colu. 18. num. 54. & 55. (qui in col. 19. versicul. quinimo, idẽ censet, quando Princeps procedit leuato velo, & negocio non ventilato, vt ne tunc etiã pro eius præsumatur actu.) est enim de iure naturali, quòd bene, & plene cognoscatur id, super quo sententiari debet: ac iudiciũ dari: quia naturale est, quòd quis quæ cognoscit, bene iudicet, & horum bonus sit iudex. c. graue, & sequẽ. 11. q. 3. Nec sufficit subesse causam, secũdũ rem, nisi subsit, secundum cognitionem, quæ ad iudicium omnino necessaria est, plenius vt discutiatur, debeat ne reus condemnari, vel absolui, aut innocens ostendi. c. in nomine, de testibus. c. imprimis, 2. quæst. 1. c. reuera. 3. quæst. 9. & ad quemlibet spectat iudicem, diligẽter inquirere, & ea quæ ad causam pertinent, inuestigare, iuxta illud iob. 29. *Causam quàm nesciebam, diligentissime inuestigabam.* Iudex ergo, ad sententiam non potest rectè procedere, nisi præmissa diligenti inuestigatione, discussione, & cognitione causæ, & cum finis iudicij, promotio boni communis sit, quòd diuinius est, humanius, & melius, quã bonũ vnius, vt habetur. 1. Ethycorum, si causa ignorata, aut non discussa ad sententiam procedatur, bonũ commune non promouetur: sed potius retardatur: cum eadem ratione Innocens, & bonus, damnari possit vt malus: nec quietius viuat bonus quam malus.

33 ¶ Ideo sententiam ex probationibus factis, non fiendis, ferri debere. Bal. docet, in. l. cum iudex, C. de senten. & in. d. l. fin. C. de legib. in 5. opposit. & in additio. ad Speculat. in titul. de sententijs. 7. col. ab Alexandro citatus, & sequutus, in consil. 37. incipiẽ. viso, & oportune discusso, 4. col. num. 20. vol. 2. textus est, in. l. illicitas. §. veritas ff. de offi. præsid. vbi notatur, iudicem non iudicare, vt priuata personas: sed vt publica: & publice sibi debere veritatem innotescere, per leges scilicet publicas, diuinas, vel humanas, in communi, in particulari autẽ causa, per instrumẽta, & testes: & alia huiusmodi legitima documenta. §. diffinitiuã 2. q. 6. & in. c. iudicet. 3. q. 7. (quẽ Thomas tribuit, Aug. super psal. cum

cum tamen de ductus sit, ex Ambrosio psal. 118. super illud. *Miserationes tuæ multæ nimis domine, secundū indicia tua viuifica me.*) Bonus enim iudex, (inquit Ambrosius) nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronuntiat: scitis iuris ob temperat, nō indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert, sed sicut audit, ita iudicat, quibus verbis, nihil aliud, Ambrosius significare vult, quam quòd iudex ex se ipso, nihil iudicet, sed ex auditis, visisq; apud iudiciorum acta: & in iudicio allegatis, & probatis, quæ sibi vt iudici, nota sunt, nō ex his, quæ priuatim ex particulari perceperit scientia, quòd etiam glosæ censent, in c. 1. de offi. ordin. & in d. c. iudicet, & in c. pastoralis, §. quia vero, de offi. deleg. vbi Cardin. glo. in l. 2. ff. de ferijs, glo. Alberi. & Bart. in d. §. veritas, Cyn Bart. & alij, in l. 1. vt quæ de sunt aduo. Ioan. Andre. in addit. Specul. titu. de disput. & allega. §. satis, nu. 13. glo. quæ. tex. ibi ad hoc inducit, in c. 1. de re iudi. in. 6. Iason, in. §. si minus, num. 15. de actio. Felin. in. d. §. quia vero, num. 23. Ex quibus, & ex his, qui ab eis citantur, constat hanc sententiam, magis communem esse: vt scribunt, eam sequuti Barba. in. d. §. quia vero, num. 36. Imol. ibi, col. pen. & in. d. c. 1. num. 14. Præposit. in. d. c. iudicet, colu. pen. Felin. in. d. §. quia vero, & Altiat. in. d. c. 1. num. 83. qui ambo exea, regulam hac in quæstione constituunt: quam etiam apud theologos Thom. asserat. 22. quæst. 67. art. 2. & ibi Cayet. Ioan. Maior, in. 3. senten. dis. 33. quæst. 4. Siluest. verb. iudex, 2. q. 5. Cardi. à turre crema. in. d. c. iudicet. Sed, & hanc opinionem à theologis frequentiore calculo probatam esse, Cayet. & Siluest. post Florentin. Archiep. 3. part. sum. theol. tit. 9. c. 2. §. 6. expressim testatur, qua, nēpe falsum esse deducitur, quòd ab eodē Felino, in. d. §. quia vero, nu. 25. proditum est: dicere, in causis breuioribus, quas iudex potest difinire absq; actorum scriptura, posse iudicem, secundū priuatam, & particularem scientiam, sententiam dicere: hoc, & enim, nequaq; verum est: quia, & si iudex, his in causis, possit non confectis actis, nec processu, ius litigantibus dicere, (vt Bar. & alij not. in auth. nisi breuiores, C. de sent. ex breui. recit.) tenetur tamen sententiam dicere, ex his, quæ vt iudex, nōq; vt priuatus cognouerit: quòdq; si acta fuerint conscripta, fidem his, non autem priuatæ scientiæ, exhiberi oportet, inde, & his in causis, iudex ex allegatis, probatisq;, & ex his quæ sibi, vt iudici manifesta sunt, sententiam ferre debet, nec Bart. obest decisio, in. d. auth. nisi breuiores, dicētis, in causis his minimis, simplici iudicis credendū esse assertioni, nam, & si id verum foret, (valde dubium cum sit.) intelligi debet, de his quæ iudici, vt iudici, contingerint, non autem de his, quæ vt priuatus perceperit:

quamuis nulla ei possit dubitatio contingere: nec vlla ratione, eius animus possit in contrarium adduci, quód vtiq; etiam in criminalibus procedit: in quibus iudex ex particulari scientia sententiam ferre non potest. Immo ex his quæ ipsi, vt iudici per publica documẽta constant, absoluere, vel condẽnare tenetur: vt docet Heningus Godens. sub proœm. solen. ordin. iudiciarij processus, cognouit enim Christus adulteram mulierculam, sibiq; oblatam, ex lege. 20 leuiti, capitali punitioni fuisse obnoxiam, quam tamen dannare refugerat, quód eiusdem adulterij, coram ipso, vt iudice conuicta nõ fuerat. Ioã. 8. Nec hac in re, inter ciuiles, & criminales causas distinctio est, nec differentiæ congruæ assignari potest ratio, & ambas parificant, diuus Thomas, in. 22. quæst. 64. artic. 6. & Cayetan. in. d. arti. 2. quæst. 67. Siluest. d. quæst. 5. Cardin. at urre Crema. in. d. c. iudicet, Ioan. Maior dist. quæst. 4. & Barba. in. d. §. quia vero. num. 36. &. 48. & Reuerendiss. Præceptor meus Couaruuias (qui & latissime examinat in pro, & contra materiã. d. §. veritas. l. illicitas de offi. præsid.) in. c. 1. lib. 1. varia. resolutio. num. 7. versic. secundum etiã. quicquid in contrarium distingue re conentur, hostien. Innocen. Calderin. Panormit. Felin. & alij, in d. §. quia vero, quibus etiam fit, supremos iudices senatores regios, qui regijs adsistunt prætorijs, ex priuata eorum scientia, ius dicere litigantibus non posse, & si certã omnes haberent: sed litem teneri ex his difinire, quæ ex processu constant. Cũ, & hi iudices omnino debeant visis actis, & processibus iudicare: vt ab omnibus, in cõfesso est. vnde á vero, alienum est: quód Guido Papæ scribit, i quæst. 29. dicens, posse supræmi senatus iudices contra allegata, & probata sententiam ferre, ex propria, & priuata scientia, modo hæc omnium iudicum sit, vt intellexit etiã Altiat. in. d. c. 1. de re iudi. siquidẽ hi iudices, nullam derogandi legibus, quæ hactenus semper, in maximum reipublicæ statuerunt cõmodum, á Principe potestatem habeãt (argumen. eorũ quæ Barba. not. in consil. 13. incip. á ioue principium, col. 6. versic. nec obstant allegata, vol. 3. & c. institutionis, & c. ideo. 23. quæst. 2. eosdẽ q; oporteat iudices, ipsis publicis documentis, allegatis, & probatis in processu, fidem exhibere: at cũ Princeps legibus derogare possit, iuxta propriam, & particularem scientiam, posse sentẽtiã dicere, tamet si in iudicio contrarium probatum sit, Cyn. Bart. & alij censent, in. d. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. Alberi. in. d. §. veritas, & Felin. in. d. §. quia vero, & inde, hac ex ratione, quód priuatim certo scit, alterum ex litigantibus, vel innocentem, seu nocentem esse, etiã refragantibus actorum probationibus, posse iustissime discedere ab ea lege, quæ dictat publicis actorum documentis, á iudice fidẽ esse

esse adhibendam, quòd mihi valde, (vt ingenue verũ fatear) suspectum est, siquidem quòd iudicari debeat secundum allegata, & probata, nõ à iure positiuo, ex his quæ supra diximus radicem habeat, sed à naturali principio, & potius diuino iure procedat (vt ex dicendis in sequen. fundamen. num. 3. patet.) quòd per principem tolli, nequaquam potest, inde Cayeta. d. art. 2. eo tamen casu cõsulit, vt Princeps palam testetur, & publice propriam, ac priuatã scientiam manifestet: quo, populo satisfaciat, quòd ego solũ hac in specie admiserim, tute Principem facere, quando reum ex probationibus nocentem, vere tamen ab eo crimine liberum, propria ex scientia absoluerit: iudem que recte facere, si reum ex processu innocentem, immunem à pœna iudicauerit, etiam si princeps sciat priuatim, eum vere deliquisse, argumẽ. eorum quæ Ioan. Andre. Calde. Cardin. & Panor. not. in d. §. quia vero, idem Panor. & Imol. in c. 1. de offi. ordin. & ibi Altia. nu. 85. nisi delictum ita atrox, ac perniciosum esset, quòd maxime reipublicæ cõueniret, eius autorem publice puniri, vt voluit Couarru. loco, paulo ante citato, ante num. 8. Ex quibus, satis in humana, & furibus durissima, Carinthiorum, in oppido Klagenfarino, (apud Bauariam in Germania) consuetudo ostenditur, vbi si quis in furti suspitionem venerit, e uestigio suspenditur, postridie de suspitione iudicant, si fontem inueniunt, pendere sinunt, donec per partes ad terram defluat cadauer, insons repertus sepelitur honorifice, & suffragia pro eo fiunt, exequiæque ex publico per soluuntur. Cuius meminit nobilis regius Historiographus, humanis in literis studiosus, & summe eruditus Petrus Messiæ, mei ex parte genitoris agnatus, in suæ variæ lectionis Siluæ, part. 3. c. 26. quo loco, contra hanc etiam inuehit consuetudinem.

34 ¶ Et merito, siquidem de hominis salute cum agitur longe plenius debeat esse iudicium, l. addictos, C. de appella. ibi. *De his plenius volumus esse iudicium, qui (si ita res est, & crimen exegerit) rectius possint puniri damnatos.* glo. 2. ante fin. c. veniens, eod. tit. l. fin. C. de prob. c. Epiphanium. 2. q. 6. c. sciant. 2. q. fin. l. 12. tit. 14. part. 3. l. 26. tit. 1. part. 7. quæ iura probationes, in causa criminali, luce meridiana exigũt clariores, (in qua, nedum procedũt, sed etiam in pecuniaria grauiter secũd. Anchar. not. in cons. 28. incip. rationes inductæ, colu. fin. num. 6. quem citat, & sequitur Barba. in cõsil. 8. incip. sapienter doctissimus, 5. col. nu. 8. vol. 2. l. athletæ, §. dat remissionem iunct. l. propter litem, ff. de excusa. tut.) dicta tamen probat tex. in c. ex literis, de proba. & l. qui sententiã, C. de pœn. & illud satirici Iuuenalis, Satyr. 6. *Quis testis adest? quis detulit? audi, nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.*

EX.18.FVNDAMENto sequent.

¶Sententia nullis probationibus factis lata, nulla est. num.1.

Iudex cui nihil constat, nihil decernere potest. num.2.

Iudex de iure diuino, iudicare debet, ex allegatis, & probatis. num.3.

Iudex probationes necessarias omittere non potest. ibidem.

Iudex nullis praecedentibus probationibus aliquem condemnans, in dolo esse dicitur. num. 4.

Probatio plena requiritur, in quocunq; iudicio etiam possessorio, & quantumuis summario. num.5.

Iudex cui aliquid committitur sub hac clausula, si tibi constiterit causae, & processus cognitionem praemittere debet. ibidem.

Papa condemnare non potest, ad debitum non probatum. num.6.

Ordinis substantialis iudiciorum est, vt dilatio per iudicem ad probãdum detur, vtq; testes recipiantur, quo omisso, processus viciatur. num. 7.

Lex.2.tit.15.l.2.& .3.tit.16.part.3.& .l.1.tit.4.lib.3.ordinatio. regia. & pragma.206.cap.6.& pragm.42.c.15.citantur, & expenduntur. ibidem.

Probationes si in iudicio sine dilatione recipiantur, valent. num.8.

Sententia absq; probationibus lata, non est nulla: ex opinione communi. numer. 9.

Sententia absq; probationibus lata, quando dici possit nulla. num. 10. vbi contra Ioan. And. Bart. Alexan. & Hipol. disputatur: & eorum opinio ostenditur falsa.

1 IVSDEM fere speciei, decimũ octauum fundamentum est: quód sententia, nullis probationibus factis lata, ipso iure est nulla: vti á Cardinali, post glo. ibi proditum est, in.c. ecclesia sanctae Mariae, de costitu. á Mattheo de afflic. citatus, & sequutus in decisio. Neapolit. 28. incipien. latae fuerunt. numer. 2.

2 ¶Quoniam postquam per negationem partis, res effecta est dubia. l. si quis libertatem. C. qui ad libert. pro clam. non pos. &. l. nemo, C. de acquiren. posse. iudex cui nihil constat, nihil decernere potest. l.1. vbi glo. C. de secund. tabul. quem textum in proposito adducit Bal. in. l. falsus; 7. colum. versic. item dubitatur in fine, C. de furtis.

3 ¶Et cum de iure diuino, iudex iudicare debeat secũdum allegata, & probata, vt notat Azo, in sum. de testib. colum. pen. versic. per dominum quoq; et Carol. Ruyn. nouissime, in consil. 38. incipiẽ. de duobus est videndum, col.5. nu.9. cum sequen. vol.5. nõ potest probationes necessarias omittere: cũ illae de iure sint diuino, quo cauetur, in ore duorum vel triũ omne verbũ stare. Matthe.18. c. nouit, de iudic. & Robertus Marãta probat, in sua de ordin. iudicio. praxi. 4. part. 9. distinctio, num. 10.

¶Et

4 ¶Et si nullis præcedentibus probationibus iudex aliquem condẽnaret: diceretur esse in dolo, teste Baldo, in.l.1.colu.8.C.de his quæ pœnæ nomi. cum alijs de quibus per Alexand.in consil.131.incip. in causa, col.pen.versic. probatur etiam.2.vol.

5 ¶Ideo in quocũq; iudicio, etiam possessorio, & quãtũuis summario plena requiritur probatio, licet in eo dilationes abreuiẽtur, probatoriæ: vt voluit glo.cõmuniter approbata, ĩ.l.1.verbo, filiũ, C.quor. bono.ex Alexandro, in cõsil.139. incipien.circa, in fin.volum. 6. & docet Bart.in.l.3.§.causæ, ff. ad S.C.Carbon.& Bal.ĩ.l.1.C.vt in possess.legat.tradit Cosmas Guymier, in pragma.sanctio. Gallica. sub titulo, de causis, super verbo, constiterit, fol.153.col.4.in paruis dicens etiam ibidem, in.3. col. nu. 2.quòd iudex, cui aliquid committitur, sub hac clausula si tibi constiterit, debet præmittere cognitionem causæ, & processus, cum causæ cognitio sit de eius substantia, l.iudex, &.l. final. C. comminat. vel epistol.& quæ de iudicij sunt substantia, omitti non possint, per hoc quòd summarie dicitur, vt est tex.expressus, in clemen.sœpe, de verbo.signi.

6 ¶Sed, & papa condemnare non posset ad debitum nõ probatum, cum aliud, contra ius sit naturale, vel gentium, & naturalem erradicare iustitiam, vt inquit Alex. in consil.2.incipien. visis dubitationibus.2.colum. numer. 4. versic. & est ratio, vol.2.quem sequitur Matthe.d Afflict.in decisio.Neapolit.91.incipienti, iterum in causa Alexandri, 2.col.num.2.bonus facit tex.in.c.nullum.30.quæstio. fin.

7 ¶Ordinis enim substantialis, iudiciorum est, vt dilatio per iudicem ad probandum detur, vtq; testes recipiantur: quo omisso processus viciatur: vt not.glo.in sum. 2. quæs.1.& in.l.prolatam.C.de senten.Speculat.in tit. de dilatio, & Ioan.Matien.nouissime, in.3.par. sui dialogi. c. 45. in prin. textus est, in.l.2.titul.15. part. 3. ibi. *Deuen los juzgadores dar plazo*, & in. l. 2.&.3.titul. 16. ead. part. & in. l. 1.ibi. *Hechas estas responsiones*, tit.4. lib.3.ordinatio.regiar.& in prag. 206.cap. 6. & pragm. 42.c.15. vbi terminus ad probandum statuitur, qui non semel prout iure communi, sed pluribus dilationibus concedi solet, modo iuris metam non excedant, licet prima dilatio non contradicatur, quòd iure communi requirebatur: iuxta notata per Bart.in.l.1. numer. 6. C. de relatio. Alexan.& doctores in.l.fin.ff.de ferijs, & Robert. Marant.in dicta suæ praxis, 6. part. actu, 3.num. 2.&.12.

8 ¶ Scribens, ibidem. numer. 13. valere probationes, si in iudicio sine dilatione recipiantur, secundum Bart. Bal. Alberi. & moder. præcipue Iason. in. d.l. fina.in pen.colum. ff.de fer. Anton.de Butrio, in. c. licet causam, in princip.& ibi, Pañormit.5.col.

versic. sed circa hoc quæro, de probatio. Bal. in l. 2. C. de dilatio. & Matth. de Afflict. (qui decisio. Neapol 55. incipien. tempore regis Francorum, sic decisum fuisse restatur.)

9 ¶ Proprius tamen (nihil vt omittamus) loquendo, inherendo cōmuni omnium fere doctorum cōclusioni (cuius testes sunt Ioan. de Imol. in c. cum in iure, de offic. deleg. & post eum Alexand. in consil. 105. incipien. ponderatis narratis. 1. colum. numer. 2. volum. 5. Afflict. in decisio. 47. incipien. fuerunt latæ. numer. 4. & Decius, consil. 295. incipien. in causa istorum, col. 1.) sententia absq; probationibus lata; non est nulla, cum contra ius litigatoris sit dumtaxat lata: vt concludit Rota per Egidium à Bellamera, relata, conclusio. 73. incipien. sententia, & scribit late Felin. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, 11. colum. numer. 24. de constitutio. Bart. & Bal. in. l. prolatam. C. de sententi. idem Bald. in l. penul. colum. (etiam.) pen. versic. considera ergo. C. si aduers. rem iudica. & in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, & facit quod not. Bal. in. l. 2. in. 3. colu. C. de eden. innuens, quòd istud, quòd dicitur sententiam esse nullam, si iudex non vidit acta, intelligitur de actis per quæ substantiatur iudicium, puta non viso libello, non visa litis contestatione, secus in actis probatorijs, nam licet iudex ea nō examinauerit, propter hoc sententia non est nulla; licet iudex malefaciat, non visis actis probatorijs. l. si de meis, §. fin. ff. de arbit. nam per probationes, non substantiatur iudicium. & secundum hæc Baldi verba, intelligendam esse glo. verbo contestatio, circa medium, in. §. sucepto. au then. de exhiben. reis Felin. censet, in. d. numer. 24. ex quo copulatiue loquitur, non valere sententiam, non præcedente litis contestatione, & probationibus. licet vt in huius fundamenti principio notauimus, glo. in. d. c. ecclesia sanct. Mariæ, (quam ibi Cardi. & Imol. probant) aliud velit, & glo. in. d. l. prolatam, & in sum. 2. quæst. 1. quarum, meo genio opinio, posset procedere, quando iudex probationes recipere noluisset, ante ve termini lapsum, eis nō obstantibus, ad causæ expeditionem (nostro, vt in themate) processisset.

10 ¶ Eo namq; casu, sententia nempe dici potest nulla, vt post Bald. declarat Alexan, dict. consil. 105. vers. accedit, Et si Anton. Calderi. Domin. Felin. & alij, in. d. c. ecclesia, á denegatione huiusmodi probationum admissionis, debere appellari putent, aliâs ipso iure sentētiā tenere censentes, per tex. in. l. argentarios, §. cū autē, i verb. si non probauerit, ff. de eden. & l. post humus, §. si quis ex his, ff. de inosi. testam. & in. l. cū putarē, ff. famil. hercisc und. quòd, & Francus tenuit, late disputās, quæstio, 55. in c. dilecto, de appellatio. & Capitius, i decisione, 1. col. 9. vers. secun-

fecundo, quod dictũ, quorũ assertio, in paulo ante citata conclusione, vix locũ habere dignoscitur: si quidē tūc appareat, sine causæ cognitione sententiam esse latam, & ex consequenti, ob id fore nullam ex his quæ in præcedēti diximus fundamento. & ita procedit, & intelligendus est Bal. in d. l. prolatã, 1. col. quem sequitur ipse ibidem Felin. in. d. c. ecclesia. 9. colum. nu. 18. in fine, & accipienda sunt quæ Philip. Decius in volūte tradit, in consil. 275. incipien. viso tenore Bullarũ, col. pen. nu. 11. quē citat Hippol. in singul. 486. incip. communiter scitur, vbi postq̃ præmittit, cõmuniter sciri, quòd sentētia sine probationibus non valet, id tamē limitat, nisi iudici data esset potestas iudicādi, etiam de facto, & sola veritate inspecta, & prout ei melius visum fuerit, quòd tunc probatio aliqua necessaria nō sit, vt signanter dixit, Ioan. Andre. in c. 2. de iuram. calum. in. 6. in nouella, alleg. notata, l. c. statutũ, §. assessorem, de rescript. eod. libro, ab Alexādro relatus, & sequutus in consil. 189. incip. in causa, & lite, col. fin. nu. 15. vol. 6. vbi scribit idē notare Bald. (licet nō ita aperte) in titul. de pace cōstan. in ver. *Nimam nostrã*. Sed, & (quòd fortius est) habentem potestatem, veritatem inquirēdi summariè, & de facto, & condēnandi de facto, sine causæ cognitione, & probatione, cōdēnare posse: & ea verba id importare, Hippol. ibidem sub iungit: ex Bart. in consil. 82. incipien. punctus quæstionis, inter Albertum leonis, 1. col. num. 3. versic. videndum est, allegan. l. ictus fustiũ, & ibi not. glo. in prin. ff. de ijs qui notan. infam. quē Marsilien. ipse citat, & sequitur dicens, tenenda hæc mēti, quia in practica, & theorica sunt notabilia. quorum salua pace patrũ, admirationi erit etiā his in studijs mediocriter versato, sic, vt hi literatissimi viri in re notissima, impegerint, siquidem verba prædicta, solummodo quæ iuris sunt ciuilis excludant, nō autem quæ de iure naturali sunt, vel gentium, nec reo auferant defensionem: teste eodem Bart. (communiter in hoc recepto) in. l. filius familias, colu. 1. num. 4. ff. de donatio. vbi late additio. & respōdet, eadem sub specie. Ludo. Roma. in consil. 248. incipient. hæc sententia. num. 3. vbi citat, idem ipsum, dixisse Bart. in extrauagā. ad reprimendũ, in verbo videbatur. Et Bal. inuit, l. l. milites, §. 1. ff. de testamen. milit. quòd horũ vigore verborum, condēnare iudex non poterit, ni sibi, vt iudici constet. nec per ea, ius alterius ledi posse, tex. probat, in. d. l. filius fam. & ibi not. nume. 2. Bart. Etiam si in iunctum sit iudici, quòd ad sui possit voluntatē facere. l. cum filius, iunct. l. 1. ff. de testamen. milit. quam ibi. numer. 3. adducit. & explicat notabiliter Lapus, in allegat. 128. incipien. factum super quo. num. 3. Sed, & potestas quæcunq;, mandatũ, & autoritas alicui data, secūdum boni viri arbitrium

trium, concessa intelligitur: & huiusmodi est regulanda arbitrio. l. si libertus ita iurauerit, ff. de oper. liberto. l. Thais, §. sorore, ff. de fideicom. libert. l. hæc venditio, ff. de contrahen. emptio. c. Quintauallis, & c. veniẽs, de iure iuran. l. continuus, §. cum ita, ff. de verbo. obligatio. & voluit glo. not. in. l. pen. ff. de arbit. quã citat Angel. in tracta. malefi. in part. contra voluntatem dicti Ticij. colum. 1. & hinc Bal. scribit, in. l. societatẽ, ff. pro socio, quòd si aliquis, ponit se in alicuius manibus, & dicit pono me in manus vestras, condemnetis me, in quicquid vultis, quòd nõ potest ipsum condemnare, nisi ar bitrio boni viri, quem refert, & pro dicto eleganti prædicat, ac sequitur, ante citatus Hippol. in cõsil. 21. incipien. vocem meam. 7. colum. num. 45. vbi plura, hac in re adducit iura. non enim omitti potest causæ cognitio, & probatio, quæ (vt liquet) partis defensionem respiciunt: quòdq; à iure diuino, naturali, & gentium ortũ habet, vt supra, & in præcedenti diximus fundamento, ea namq; verba, hoc important, vt dilationes à iure ad probationem faciendam requisitæ, abreuiari possint, non autem totaliter omitti: textus est expressus, in clemen. sæpe de verbo, signif. ibi. *Non sic tamen iudex litem abreuiet, quin probationes legitimæ, & defensiones necessariæ admittantur.* Et (post alios in fortioribus terminis quos ibi citat) concludit Roma. in consil. 519. incip. in casu propositæ consultationis. numer. 4. & 5. & iudici per illa intelligitur concessum verba, præter legem agere, non contra legem: cum semper in qualibet quacunq; plena, & generali, quæ attribuatur potestate, subaudiatur, dum tamen ne quid turpe, aut illicitum, ne ve iure fiat prohibitum. l. in venditione. §. de tempore, ff. de bonis autho. iudi. possid. quem comend. Iason, in. §. in bonæ fidei, numer. 4. instit. de actio. tex. est in. l. creditor. §. Lucius Ticius, ff. mãda. & ibi not. Bal. quòd data alicui generali administratione, non permittitur ei, quid dolose facere, nec per hoc obligat dominum: sed bona fide, & in casu licito agere debet. & comen. idem Bal. in. l. fin. C. de contrahen. empt. in fine, facit. l. 1. ff. de mil. testam. iunct. l. dotale. l. in fraudem. d. l. cum filius, & l. si à milite, §. 1. & 2. eodem titulo. l. 3. §. si procurator, ff. quód quisq; iur. l. si procurator. §. Celsus, ff. de condi. in debi. l. si pater, ff. de priuileg. creditor. l. libertus, §. Imperator, ff. ad municipal. l. si quando, C. de inoffi. testamen. & tex. in. l. mora in prin. ff. de vsur. & plura congerit, in proposito notãda, (post alios per eũ ibi relatos) Ioã. Lup. à Palaci. rub. in repeti. rubri. de donatio. inter vir. & vxo. §. 66. nu. 26. (lex est sic intelligẽda) stili, 205. absurdus enim, et prauus intellectus, semp est euitãdus, etiã faciendo vim litteræ. l. scire oportet, §. aliud, ff. de excu-

excusatio. tutor. l. begninius, & l. ambigua, ff. de legib. absurdumque esset, legis verba ita intelligere: vt inde iniuriarum oriretur occasio, vnde iura nascuntur. l. pen. C. de hæred. instituen. Nec glo. in d. l. ictus fustiũ id probat, ad quòd citatur: cum tantum loquatur in pœna, sine causæ cognitione, & sententiæ prolatione iam exequuta: & multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta teneant. l. patre vel marito, ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. cuius, & nos meminimus, in. 11. huius. 2. part. fundamen. numer. 34. maxime quando eadem id exigat glosa, vt quis infamis fiat, causam cum ipso fustium ictu, quem propter id passus est, veram esse, quo casu, iudicium illud, vt cunque fuerit factũ, & exequutum, hac ex ansa sustentatur: argum. eorum quæ de iniusta captura nonque debito modo facta, in. 1. partis fundamen. 9. numer. 4. cum sequen. notauimus. Neque id, ex eo sequatur, quòd iudex sola veritate inspecta, sine causæ cognitione, & probatione procedat, propriusque eiusdem glosæ perpensis verbis, contrarium colligatur: siquidem supponat delictum notorium esse, & manifestum, aut saltem testibus furem ipsum (de quo loquitur,) conuictum fore, aut crimen existere comprobatum ipsa facti notorietate, quòd in flagranti captus sit flagitio, ita quòd tergiuersatione, atque negatione cœlari non possit.

EX. 19. FVNDAMEN to sequent.

Sententia, intra breue tempus lata, est nulla. nu. 1.

Sententia lata infra modicos dies, post litem contestatam, nulla est: cum ex hac temporis breuitate, iudicẽ nõ bene fuisse instructum præsumatur. nu. 2.

12 ¶ Nostraq; demum procedit cõclusio, etiam si probaretur dictum Hieronymum à mõte Martha viros cõgregasse armatos ad illum ereptionis actum, nam qua ratione credidit sibi licere terram sic recuperare, credere eadem potuit, licere sibi socios, & amicos ad id congregare: vt in eodem violentiæ casu, Barthol. Cepola notat, causa. criminal. consil. 4. incipien. visa quærela. num. 15. & vltra eum, Bald. in consil. 319. incipien. decreto domini, volum. 1.

13 ¶ Sub iungens, congregationem quæ ad commune sit bonum, puniendam non esse, valdeq; notandum est dictum, ad intellectum, & declarationem. l. 1. titul. 11. lib. 8. ordina. regia. & satis deducitur ex. l. 4. eiusdem tituli, & libri.

14 ¶ Quòd enim mala fide non sit, pœnam non meretur. l. si seruũ, §. non dixit. versic. amouere, vbi glo. ff. de acqui. hær. l. quamuis, ff. de condi. & demostra. & per prædicta iura, Paul. de Castro respondet, in consil. 205. incip. in causa quæ vertitur coram locum tenente, colum. fin. part. 2. & per dict. l. quamuis Bal. dicit, in consil. 414. incipien. verba dicunt quòd planum, volu. 1. quòd bona fide factum, dicitur rite factum.

15 ¶ Et glo. parua, super verbo fuerit, l. eum qui. §. in popularibus, ff. de iure iuran. asserit, bene fieri, dici, quòd fide fit bona. quod, locum sine dubio habet, quando bona fide quid agitur, in re, in qua agens ius prætendit (nostro vt in themate, ob possessionem, & titulum quem circa dictas terras præfatus habebat Hieronymus,) secus si quis ageret

ret, bona fide in re aliena, aut in qua ius nullum omnino prætende ret: quia teneretur, si malum inde foret sequutum. Et ita intelligen dam censeo decisionem ante cita tæ legis nostræ Toletanæ, & pos sunt ad concordiam reduci deci siones, quas Iason adducit contra rias, in. d. l. cũ qui, licet ipse Iason non soluat, intelligendæq; sunt. l. si in area, §. fin. ff. de condi. in deb & l. in hoc iudicium, §. impendia, versic. si is, ff. cõi diuid. quarũ respõsa iam habui in facto, & obti nui, in causa quadam inter patro nos dotationis, *delos gordillos*, vna ex parte, & ex altera doctorem Medicinæ Fernãdum de Carmo na, meum clyentulum, vertente. Sicq; regiarum legum. 43. & 41. tit. 28. part. 3. soluenda antinomia est, & accipienda, lex est. 39. eiusdem tituli, & libri.

16 ¶ Et potissimũ, ante dicta dicto in hieronymo locum obtinent, vi ro patricio, & nobili, cuius nobili tatis circa pœnas ratio habetur. l. si quis id quòd, ff. de iurisdic. om. iudi. & ibi late moder. & Ioan. An ton. Rube. in consil. 13. incipien. vi so eleganti consilio, colum. 4. nu. 11. cum sequen.

17 ¶ Qui potius per simplicitatem dicẽdus est pœcasse, credens præ missis ex causis, licitum sibi eum actum fuisse, factum autẽ ex sim plicitate puniri non debet: secun dum Bal. in consil. 229. incipient. proponitur in facto, ad finem volum. 5.

18 ¶ Et scribit Oldra. consilio. 183. incipien. factum tale est, vacante ecclesia. colum. 3. in fine, quòd in atrocibus, leuitas non punitur.

19 ¶ Et in consil. 210. incip. regula ris, col. 1. post medium, quòd licet aliqua hæresim manifeste sapiat, Crimini tamen detrahitur, prop ter simplicitatem militarem.

20 ¶ Ignorantibus enim, & simplici bus parcendũ est. c. super literis, de rescript. c. inter corporalia, de translat. Episcop. prope finẽ, ibi, *Veniam errori dedimus: quia non ex malignitate: sed ex simplicitate peccarunt.* & in. c. cũ vniuersorum, de re. per muta. ibi, *Vt tamen simplicitati venia tribuatur.* & in. c. tanta, 86. dist. in fi ne dum dicit. *Sed quia simplicitatem tuam, cum senectute cognouimus.* & col legit ibi. glo. quòd parcitur sim plicitati, ad idem pulcher est tex. in. c. scriptura, de consecra. dist. 2. *Siquis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter, non hoc obseruaue rit, & tenuit quòd nos dominus facere magisterio, & exemplo docuit: potest sim plicitati eiusdem indulgentia domini venia concedi.* & in materia hæreseos plura huius sententiæ Ioan. Lup. à pal. rub. cõgerit, in allegatio. sua hæresis, §. 4. col. 3. cum sequen.

21 ¶ Et cum causa quælibet quan tumuis iniusta à dolo, & pœna vi ros alioquim callidos, & scios (vt supra præostensum est) excusat: quanto magis, causæ aliàs tam iu stæ, dictum Hieronymũ circa hoc simplicem, & literarum bonarum ignarum, ac tunc temporis quan do prima sententia, à licentiato Morenio fuit lata, minorem ætæ in defen-

in defensum; & instrumentum emptionis dictarum possessionum, per suos parentes praedefunctos factae, coramque Licentiato Hieronymo à Roxas, praefecti vrbi Hispalensi, hoc in oppido locum tenēte, presentatum, habentem, excusare debent: argumen. leg. 2. circa medium. C. quand. & quib. quart. pars debea. lib. 10. Et quae per tex. l. de ferrorem, §. si plures, & leg. qui cum vno, §. fin. ff. de re milit. Roma. respondit, in cōsil. 228. incip. pro plena discussione, 2. col. versic. secundo pracum ipse, parcendum esse (scribens) ciui nouello, qui ignoranter quidquam fecit, contra statuta ciuitatis. quod, & idem voluit Roma. ipse in consil. 251. incipiē. clarissime dicitur, ante medium, & in consil. 491. incipien. in casu propositae consultationis, & in repet. l. si vero. §. de viro, fallen. 51. versic. 21. ff. solut. matri. & in singul. 73. incipien. nunquid ciui nouello, & dixerat ante eum, Bal. in. l. cūctos populos, col. ante pen. versic. circa maleficiū, & ibi Iason apertius, in. 2. lectio. versic. 15. C. de sum. trinit. & fid. Catho. & idē Bal. in. l. data opera. 4. col. num. 25. C. qui accusa. non pos. Ioan. à Canibus (qui, & alios citat) de exequutio. vltim. volūta. 3. part. quaest. 3. nu. 13. & voluit Barba. in rubri. C. qui admit. ad bon. posse. pos. col. 10. & in rubri. ff. de verbo. obliga. col. 8. versic. sed profecto venia dignus sum. Francis. Curt. Senior, consil. 27 incipien. magnificus vir, col. 10. versic. secundo praemitto, & Iunior, consil. 19. incipien. viso, ac diligenter considerato processu 3. col. versic. & tanto maxime, Felin. in. c. à nobis, post princip. de exceptio. & Ioannes Crotus, in repet. c. vt animarum, in. 3. notab. de const. lib. 6. vbi dicit, se per hoc defendisse scholasticum qui contra statuta bononiensiū, ex alieno territorio pannum faciendis vestibus attulerat Bononiam. praesertim ex quo tali facto, occasionem praestiterit, tum iudicis delegati error, tum etiā impietas illa maxima, quòd sibi aliâs minori, & in defenso, & prae aetate tenera, allegare, de iure vc, suo docere non valenti, auferreretur, & minus legitime ius suū, quód habebat circa praedictas terras, idque etiā sibi per sua derent, multi huius oppidi Vtrariensis fide digni viri: relatione quorum, vltra praedictum titulum, dictas possessiones esse suas (quòd parentum suorum fuisssent) cognoscebat.

22 ¶ Et bona fides, non solum ex iustis causetur rationibus, sed etiam ex iniustis, & temerarijs, teste Baldo, in. l. 1. in fin. per glo. ibi, in verbo, recessit. vbi caus. status, quem sequitur Barba. in consil. 18. incipiē. praeclare scriptum est, col. pē. versic. quia bona fides, vol. 2. & consil. 45. incipien, illud in medium, col. 8. ver

V sic.

sic.& ibi Angel.dixit,vol.4. & consil. 67. incip. clementissimi Dei,col.pen.versic. præterea ac cedat,vol.2. & consil. 51. incip. clemētissimū Deum,2.col. versic.& ideo nullum,vol. 4. Iason in.d.l.siquis id quód.8.notab.et in.d.l.siquis maior,post princip. versic.nota hanc decisionem.C. de transactio.Socin.consil.11.in cipien.in causa dominæ Catherinæ,col.fin.& cōsil.38. incipiē. incausa dominorum Marchionum,col.2.& consil.66.incipiē. visa donatione,col.8.versic.pri mum pater,vol.3.Paul.de Cast. consil. 98. incip. visis quibusdā actis,ante finem, vol,1. Aymon Crauet,in consil.18.incipiē. Andreas iuuenis,3.col.num.9.cum sequen. & consil. 46. incipien. de stilo ciuitatis.4.col.num. 14.

23 ¶ Sed,& ignorantia iusta, siue iniusta,excuset à pœna corporali,secundum eundem Bald.in consil.9.incipient. ad euidentiā dicendorum,versic.5.vol.3.

24 ¶ Et ignorantia supina,ad dolí etiam excusationem sufficiat: ex eodem Baldo,in consil.98.in cipien. ego præsuppono, ante finem,vol.3.

25 ¶ Sic, & redditionē malæ causæ,excusare testem á dolo, ipse Bal.scribit, in consil. 200. incipien.in causa ista,eod.vol.3.

26 ¶ Dictumq;,nedū pluriū virorū (vt paulo superius notatum est) dignorum, sed vnius viri probi, & fide digni,credulitatem inducit iustissimam,glos.ver bo actiones, ante fin. per tex. ibi,leg.titio fundus, ff. de condit.& demostra quam dicit mēti tenendam Bart.ibi, & singul. appellat Francisc. Curtius Senior,in consil.72.incipien. Prin ceps dessunctus,9. col.versic. re stant duæ difficultates,& valde singula.Barba.in consil. 29. incipien.altissimi optimi Dei, col. pen,vol. 2. & consil,1. incipien. magnus scripsit psalmista, col. 25.vol.3.Lanfran.de Oriano,in cap.quoniam contra falsam. in parte,testium.nu.171. versic,circa præmissa cadit vnum notab. deprobatio.& not.Roma. dicit in consil.6.incipien. quòd dicta intimatio,& Francisc. Curti. iunior,in consil. 19. incipien. viso ac diligenter considerato processu,col.3. Philip. Decius in cōsil.178. incipien. in causa quæ proponitur,3.col.& consil.192. incipien.in casu proposito, col. 2.& Angel.in leg.1.ff.de eo per quem fact.erit, & eādem glos. optimam Barba.dicit,in.l. sciendum,col.40.ff.de verbo. oblig. & Cælebrem in.l.sed si ex stipulatu,8.col.eod.titulo,& elegantem,in.d.consil. 18. col. 9. &. d. consil.67.col. pen.in fin. & Solemnem,in.d.consil.51.col.4. & meliorem de iure, in consil. 41. incipien.Deum inuocem adiutorem,4.col.vol.2.Iason in leg. de pupillo, §. siquis ipsi prætori, num. 10. ff. de no. oper.nuntia. Hippolit. Marsilien. in sua practi. in prin. num. 8. & in rubri

bri. deprobatio, num. 318. cum ſequen. verſic. adducebam etiã, & in leg. 1. §. ad quæſtionẽ, col. 3. verſic. & pro hoc dicto, ff. de quæſtio. Ioan. Lup. á Pala. rub. in repet. rubri. de donatio. inter vir. & vxo. §. 9. num. 15. cum ſequen. Andre. Altia. in tracta. præſumptio. regul. 3. præſumptio. 2. pagin. 315. cum ſequen.

27 ¶ Et per illam glo. Bald. in cap. cum contingat, col. 2. verſic. dic. quòd dictum, & ibi Panormit. col. 1. de reſcrip. notant, quòd dictum vnius probi, & diſcreti viri inducit credulitatem. quòd (ea tamen non citata) Bart. voluit, in. d. l. de pupillo, §. ſiquis ipſi prætori, in. 8. quæſ. in fin. & poſteum, Alexãd. ff. de no. oper. nuntia. allegans Cyn. in leg. 1. C. de ſeruitut. & firmat ipſe Panormit. in. c. cura, col. fin. in duobus locis, de iure patrona. & idem Bart. in. l. 1. col. 2. verſic. vlterius procedo, ff. ad. S. C. Turpil. dicit, quòd iuſtus error eſt, credere fide dignis.

28 ¶ Et ſcribit id ipſum, in leg. athletas, §. calumniator, (vbi etiam Angel.) ff. de his qui notan. in fam. dicens eum excuſari à calumnia, qui inſtigãtibus perſonis fide dignis, & quibus verſimiliter debuit credere, accuſauit, quod etiam idem Bart. dicit, in leg. athletas, ff. de falſ. ſubiungens, notandum id eſſe, pro ſindicis comitatus, qui ad aliorum inſtigationem, maleſitia denuntiant, & ſcribit idem Bart. in leg. fin. ad finem, ff. de hæredib: inſtituen. & in. l. 1. §. hoc interdicto. col. 3. verſic. venio ad ſequẽtem gloſ. ff. de itin. act. ꝗ priuat. & Bald. in. d. cap. quoniam contra falſam, col. 9. verſic. extra quæro, de proba. vbi loquens in ſingulari, dicit inſtigatorem fide dignum, à calumnia excuſare. & Angel. in. l. miles, §. mulier in fine, ff. ad leg. Iul. de adult. & in leg. 2. C. de calumniator. Innocen. Panor. & Felinus in cap. 2. eod. titul. vbi Panormit. dicit ad hoc facere tex. in. c. inquiſitionis, de ſentem. excom. idem Panor. in conſil. 78. incipien. viſo toto proceſſu, col. vltim. verſic. ſed non inſtãdo, volum. 1. & Franciſ. Aret. in leg. cum quidam, §. quód dicitur, colum. 2. ff. de acqui. hæreditate.

29 ¶ Sed, & Bald. in leg. iudicia, in 4. quæſtione. C. de rei vendicatione, per paulo antecitatam gloſ. inquit, quód dictum legalis, & notabilis viri, adeo præbet iuſtam credendi cauſam: vt etiam ex eo, iudicetur iuſtus titulus, ſuffitiens ad præſcriptionem.

30 ¶ Et per eandem not. idẽ Bald. in. c. veniens. 1. verſic. oppono vlterius, de teſtib. & in cap. ſanctorum, de præſcriptio. quòd ex dicto vnius boni viri, cauſatur bona fides, id eſt iuſta credulitas: & notat idem Bald. (ea tamen gloſa non citata) in conſil. 178. incipien. quando ſapiens conſuluit, in fin. vol. 4. &

ante eum, hoc idem, post Iacob. de Aret. Cyn. scripserat, in. d. leg. 1. in. 4. quæstio. vbi etiam Bald. col. fin, C. de seruit. & aqua. (vbi tamen nullus illam glos. allegat.)

31 ¶ Quibus tamen, alia conuenit non minus notanda glos. final. in. c. sicut de accusatio. quæ nominatim voluit, honestæ personæ esse credendum merito, & alia, verbo, noticiam, in cap. cupientes, post princip. de electio. lib. 6. inquiens (nec citra rem) videri noticiam certam esse, & indubitatam eius rei, quam à fide dignis accipimus.

32 ¶ Ideo, Pet. ab Anchar. consil. 24. incip. visa inquisitione formata contra Philippinum, col. 2. versic. postremo aduertendum, consuluit, testes de falso non puniendos, qui deposuerunt se id scire, quòd à viro optimæ famæ, & opinionis audiuerant. quòd dictum, vt singulare, & valde cordi tenendum, citat, & sequitur Iason, in. d. leg. 1. col. vltim. ff. de eo per quem fact. erit. & in. d. leg. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, col. 8. versicul. secundo in quantum, ff. de. no. oper. nuntia.

33 ¶ Cui accedit, quòd Domini. scribit, in. c. & capitulis, per illū tex. 10. dist. quòd quis dicitur pro certo scire, quando est certificatus ab vno notabili viro, & fide digno. ad quòd etiam citat. c. sicut pro certo, de simon. & sequitur Iason, in. d. leg. 1. col. pen. versic. secundo limita, & in. d. §. si quis ipsi prætori, 7. col. & in. l. properādū, §. sin autē alterutra, col. 4. in. 6. conclusio. C. de iudic. & Francis. Curti. senior. d. consil. 72. & idem voluit Roma. loquens tamen pluraliter de fide dignis, in consil. 403. incipiē. pro decisione, col. pen. versic. secundo quia ad hoc.

34 ¶ Bonus est tex. in leg. à bonæ fidei, ff. de rei vendi. vbi si à possessore bonæ fidei, seruus fugerit, qui opinionis videbatur integræ, vt custodiri non debuerit, absoluendus est possessor: & ibi Angel. per illam legem, & per glos. in. d. leg. titio fundus, dicit se excusauisse in syndicatu quendam potestatem, qui nobili viro, quicq; opinionis reputabatur integræ, & sinceræ fidei: palacium pro carcere assignauerat: à quo tandem aufugit. & illum tex. pro singulari, citat Barba. in. d. leg. si ex stipulatu, col. 8. ff. de verbo. obli. vbi approbat, & sequitur illud dictum Angeli, & idem Barbat. in. d. consil. 18. col. 9. & d. consil. 29. col. pen. vol. 2. & consil. 46. incipien. illud adducā quòd præclare, col. ante pen. vol. 4. vbi, & illum tex. dicit esse solemnem. & in tracta. de præstan. Cardin. in. 1. quæst. part. 2. membro. 1. ad finem, & Francis. Curtius Senior, in. d. repet. leg. admonendi, col. 48. versic. & ideo ff. de iure iuran. vbi hoc dictum allegat pro mirabili, & Felin. in. d.

in dict.cap.cum contingat, col. 3.versic.prima conclusio,de rescrip. & Iason,in authen. iubemus,col.fin.in.6.simili,C. de iudi.& in leg.si peccuniam vltim. colum. ad fin. ff. de condict. ob causam,vbi,& illud dictum pro singulari, & illum tex.pro notab.adducit.facit etiam,& egregius tex.menti semper tenendus in leg.non omnes, §. abarbaris, ff.de re milit.ibi,*Si bonus ante existimatus est,prope est,vt affirmationi eius credatur.*

35 ¶ Per quem dicit pulchre Bal. in leg. vniuersi, C. de vectigal. quòd omnis bonus vir,maximũ est inditium,vt credatur eius iuramento.& tex.in.cap.1.de cleri. per salt. promo. & quòd ibi not.Panor.in. 2. notab. & in c. cum in tua, de sponsal.ibi, *Si persona grauis,cui fides adhibenda.* & in cap.talia.8.quæs.4.ibi.*Quia de memorati viri testimonio, dubitare omnino non possumus.* (& diximus latius in responso de blasphemia in fundamẽ.3.part.2.) ideoq;, & Bal. etiam per dictam glos.in. d. leg. titio fundus.respondet, in consil.144. incipien. præsupposito communis Papiæ statuto.col.2. vol.1.quòd credere bono viro, non est facere aliquid cõtra ius naturale.

36 ¶ Et prædicta eo maxime procedunt,quód promiores debeamus esse,ad absoluendum,& liberandum,quam ad condemnãdum:leg.arrianus.ff.de actio. & obliga.leg.præses, & leg. interpretatione, ff. de pœnis cum vulga.

37 ¶ Et quód vbi actus se habet, ad prohibitum,& permissum,in dubio,trahendus est ad permissum. glos. verbo,probaretur,in leg.2.C.de peti.hæred.quã not. & sequitur Bald.in leg.1.col. 2. ff.solut.mat.facit leg. merito,ff. pro socio.cap.2.de reg.iur.cum simil.

38 ¶ Indubio enim actus, ita debet interpr ætari, vt agens pœnam non subeat: ex sententia Bart.in leg.non solum, §. sciendum,ff.de no.oper.nuntia. cum concordantijs, ibi à recentioribus adductis.

39 ¶ Et quando capi potest alia coniectura,quam delicti,siue doli,illa capi debet: vt Alexan. testatur in consil.18. incipien. consideratis his,2.col.num.8. vol.3. & in consil.114.incipien.in causa,& lite.2.col.num.7.vol.4.

40 ¶ Ita quòd secundum Ludou. Roma.notab.in consil.68. incipien visis mihi propositis,col.& numer.fin.vbi duæ concurrunt præsumptiones, quarum vna est delicti,aut doli exclusiua, & alia inclusiua,semper attendi debet exclusiua:ob notabilẽ præsumptionem, quæ est vt nemo delinquere præsumatur. d. leg.merito,c.dudũ, de præsumption.

41 ¶ Inde,quando actus potest se haberi ad delictum, & non delictum, capienda est via, vt excludatur delictum:vt post Barr.

in. d. leg. non solum, §. sed vt. probari. Panormit. docet in .c. in præsentia, de probatio.

42 ¶ Et casu, aut imprudentia, siue. etiam facti ignorantia, non de. industria, aut dolose quicquam admittentes puniri minime, aut puniendos leuius. l. 1. §. diuus, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. ab sen- tem. §. fin. leg. Metrodorum. l. respiciendum, §. delinquunt, & ibi glos. not. ff. de pœn. l. 3. §. sed enim &. l. qui ædes, &. l. si fortui to. ff. de inceñ. ruin. naufrag et. l. fin. ff. de decret. ab ordin. faciē. l. fere, & ibi glos. ff. de regul. iur. c. lator, & c. dilectus, & cap. ex li- teris, & duobus cap. sequentib. de homicid. & cap. 2. vbi etiam glos. de cognatio. spirit. & cap. si homicidium, 23. quæs. 5. et plu. ra congerit Roma. in leg. si vero, §. de viro, 51. fallen. ff. sol. mat. & in cōsil. 473. incipien. circa pro positam etiam consultationem, Felin & Philip. Detius, in cap. á nobis, in prin. de exceptio. & idem Detius, in cap. 2. in glo. vl- tim. in. 1. conclusione, de constit. & consil. 64. incipien. præsup- ponitur, ferme per totū, & om- nium vberrime, Hippol. in leg. qui falsam. 10. col. versic. & cir- ca hanc materiam, cum duab. col. sequent. ff. ad leg. Cornel. de fal.

43 ¶ Optimus est tex. in leg. cum autem, §. excipitur, ff. de ædil. edic. ibi, *Capitalem fraudem admisis- se accipiemus dolo malo, & per nequi- tiam: ceterum siquis errore, siquis casu fe cerit, cessabit edictum.* quē dicit me- liorem de iure Iason, in leg. non dubium, 8. col. versic. item adde quòd licet statutum, C. de legib. & in leg. 1. col. 3. num. 19. ff. eodē quòd si sit statutum, aut alia con stitutio puniens capitaliter ho- micidium, aut aliud delictum, in telligitur si dolo fuerit commis- sum, non casu, etiam si culpa in- teruenerit. & quam plures te- nent doctores ab Andre. Tira- quel. nouissime citati, in tracta. de pœnis temperand, cau. 13. num. 10. cum sequentibus, cui al ludit Cayetan. dictum. in. 22. quæs. 64. in. fin. verb. censentis, priuiligiatos quibus concessum est, dispensare cum irregulari- bus, nisi ex homicidio volunta- rio cōtracta irregularitas sit, dis pēsare posse cum irregularibus, propter homicidiū casuale, quā uis culpabile, siue dando ope- ram rei licitæ sine debita adhi- bita diligentia, siue dando ope- ram rei illicite. (quòd iam habuī in facto, & dedit mihi honorē.)

44 ¶ Hisq; accedit, quód notabi- liter voluit glos. in. c. præsbite- rum, de homicid. quòd in foro conscientiæ, non punitur quis de homicidio, non dolo commis so, etiā si culpa præcesserit. quā glos. ad hoc ibi not. & sequitur Ioan. de Anan. Panormit. & Fe- lin. qui, & ad hoc allegat Inno- cen. dictum, in cap. sicut dignum colum. vltim. eod titul. quòd si damnum datum est alicui, ex culpa alterius, vt quia non be- ne

ne ignem cooperuerit, qui ob id vicini domum cremauit, non tenetur in foro conscientiæ, ad resarciẽdum damnum: licet pro culpa, iniungenda sit ei pœnitẽtia, quod sequuntur ipse Panormit. in c. 1. col. 2. & ibi Felin. col. 10. versic. tertius casus, & Philippus Detius in. 2. lectio. col. 5. versic. sed tu distingue, de arbit. & in. d. c. quoniam contra, 8. col. versic. in glo. verbo, negligentia de proba. & in. c. cum causam, 5. col. versic. circa quod notabiliter, de testib. & in. c. si egressus in. 1. notab. de iniur. & rursum in. c. fin. 1. notab. (vbi multũ dubitat) & in. c. 1. de custod. reo. ex quibus nonnulli distingunt, inter latam, & leuem culpam, & an nocẽdi adfuerit animus, nec ne, vt apud, eos vderi potest. Roma. (qui id dictum dicit vnicum in mundo) in singul. 105. incipien. pridie fui interrogatus, & licet Andre. Barba. tenere videatur cõtrarium, in. c. Raynaldus, col. 114. versic. in quantum dominus Abb. de testam. Corset. tamen, Innocen. Comuniter esse approbatum testatur: in singul. 125. in part. forum conscientiæ.

45 ¶Vlterius ignorãtia iuris, Hieronymum hunc, à dolo excusat: vt voluit glo. notab. in. d. l. plagij. C. ad leg. Flau. de plagiar. quam ad hoc dicit singularem Ioann. de Anan. in. c. per tuas, 3. & ibi (post eum) Felin. in. 3. notabil. de Simon. ei tamen similis est glos. final. in leg. 1. ff. de abigeis, & alia quoq; in leg. vendi tioni, ff. de vsucap. pro emptor. & pro eis textus in leg. sed & si lege, §. scire, & ibi Bart. ff. de peti. hæredi. & tex. in. leg. siquis ignorans in graui, §. siquis ignorans, versic. & si sciens, ff. ad. S.C. Syllan. & in leg. siquis id quód, in ver. doli, & ibi Angel. & Alexan. (qui hoc limitat) ff. de iurisdic. omni. iudi. & voluerunt etiam Pet. ab Ancharra. & Cardin. in clemen. 1. in prin. de sepultur. vbi ad hoc Cardin. ipse, tex. citat in leg. 1. §. si publicanus, ff. vibon. rap. cuius etiam sententiæ, Paulus fuit Castrensis, in consil. 277. incipien. in causa in carceratorum. 2. colu. versic. secundo præmittendum, & in consil. 292. incip. ad primum videtur respondendum, in fine. 3. dubij, & in consil. 430. incipiẽ. circa primum quæsitum, post princip. part. 2. Ioan. de Plate. in leg. 1. in fin. C. vt dignita. ordo, lib. 12. (vbi tamen intelligit nisi color sit quæsitus,) & Philipp. Detius, in consil. 37. incip. in causa rigorosæ accusationis, 3. col. versicul. similiter requiritur, quód hoc factum sit.

46 ¶Et facit quód notabiliter Roma. scripsit, in leg. de pupillo, §. nuntiationem, ff. de no. oper. nuntia. quód nullus inferior á Principe, potest facere quód ignorantia probabili factũ, puniatur, dicens hoc fuisse singula

re dictum, Compostella.in.c.capitulum, de rescrip. Ideoq; legatus hoc non potest, secundum Archidia.in cap. si apostolicæ, de præben.lib.6.de quo, glos. in cap. si quis iusto, de electio.lib.6. & tex.notab. & ibi doctores in cap. prim. post princip. de concess. præben. eod. libro.

47 ¶ Sanctius enim est, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari leg. absentem, in prin. ff. de pœn. leg. 12. titul. 14. part. 3. l. 26. titul. primo, part. 7. cap. quam magnum, 23. quæst. 4. (vbi glos. notat. malum tolerari ratione boni, & adducit concord.) tex. in cap. sacris, de sepult. ex quo idem, notans Panormit. dicit facere ad vulgatam quæstionem, de duobus fratribus domum communem, pro indiuiso habentibus, ita quòd delinquenti competat pars inferior, innocenti superior, vt videlicet non debeat domus destrui, (quam quæstionem apud Vlissipone in Regno Portugalliæ Ciuitatem maritimam, & vbiq; cælebratissimã, sic fuisse olim decisam, cum eueniret in facto, fama est.) licet glo. non soluat, in, cap. sed, & continuo, de pœniten. distin. pri. vbi vide Archidia. quicquid tamen illud sit, opinioni antecitatæ, Pet. Cyn. & Bald. acquiescunt: in leg. & si seuerior, in fin. C. ex quib. caus. in fam. irrog. & Din. in leg. si finita, §. ex hoc. ff. de dam. in fect. Bart. in leg. cum alicuius, ante finẽ, ff. de nego. gest. & in leg. Athenis, §. de eo opere, & ibi Alexan. in addit. ff. de aqua plu. arcen. Bal. in leg. 2. C. quib. caus. ser. pro præm. libert. accip. quam textus ille notabil. (& si vulgo notissimus) in. dict. leg. absentem, probat illis in verbis. *Sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis. &c.*

48 ¶ Ita quòd si res dubia est, etiam contra fiscum iudicandum sit. l. non puto, ff. de iure fisci. maxime quando fiscus venit ex causa mere lucratiua: vt ex delicto quòd dicitur per aliquem commissum: vt not. Raph. Cuma. in dict. leg. non puto, quem refert, & sequitur Angel. de Perus. in leg. sciendum, ff. de appel. recipien. Aretin. in. §. fin. instit. quib. mod. testam. in firmen. & tradit Grammati. paulo antecitato voto. 10. colum. 3. num. 30. cum sequen. & Septiman. de bonis hæreti. cap. 9. numer. 91. cum seq. suar. institu.

EX. 24. FVNDAMENTO, sequent.

¶ *Dubium cum est, cui quid attribuendũ sit, in dubio vetustiori debet attribui. numer. 1.*

Antiquius quòd est, idem, & dignius. numer. 2.

Possessioni antiquiori defferendum, ibidẽ.

Titulus si ostendatur, ius arguit antiquũ, & in dubio tale præsumitur. num. 3.

*Possessionis qualitas, facit vnã probatio*nem

nem alteri præualere, tantoq; iustior, & potior est possessio, quãto magis à titulo, & proprietate causatur. num. 4.

Possessio antiquior præsumitur, ratione vetustioris tituli, & ad victoriam possessionis, multum prodest possessio iustificata. ibidem.

Probatio præsumptiua, in factis de antiquo, sufficit. num. 5.

Verba enunciatiua incidenter prolata, bene probant in antiquis. num. 6.

Verba antiqua, plene probant confinia. num. 7.

Antiqua instrumenta, etiam enunciatiua faciunt Communem opinionem, & famam, quæ pro veritate habetur. num. 8.

Antiqua fama, plene probat dominium. num. 9.

Antiqua fama, iuris præsumptionem inducit. num. 10.

Probatur plene per famam, in factis antiquis. num. 11.

Probat plene fama, in his inquibus probatio difficilis est. num. 12.

Probatio clara, aut liquida, in omnibus quibus non potest haberi, sufficit quòd iudex, ex vehementi opinione, informatio nem habeat. num. 13.

Probationi per coniecturas, & indicia, satis fit, in his, inquibus clara non potest haberi probatio: Lexq; in casu, argumẽta, & verisimiles coniecturas, pro probatione admittit. num. 14.

Testis qui de credulitate non probat, si deponat per verbum credere, in materia de sui natura certitudinaliter non cognoscibili, bene probat. num. 15.

Testis deponens, quòd aliquis occiderit, vel vulnerauerit aliquem ad sui defensionem suo credere, bene probat. numer. 16.

Testimonium dicentis se scire pro certo, quòd talis filius est talis, exponendo scientiam pro credulitate, sustentatur: quòd materia sit, quæ pro certo sciri nõ potest. num. 17.

Literæ quàmuis in marmoribus, seu lapidibus sculptæ, probant quando tractatur de re antiqua probanda. nu. 18.

Antiquis in factis, libris hystoriarum statur. num. 19.

Testimonium de auditu, probat in antiquis. num. 20.

Dominium qualiter possit probari, siquis non potest ostendere titulum, & quomodo succurratur filio, qui cecidit à possessione, quæ, & patris fuit, & non potest inuenire instrumentum, vel testes, per quos probetur titulus. num. 21.

Possessio sine titulo, præsumitur potius clandestina, viciosa, aut violenta, siue precaria, quàm licita. num. 22.

Possessionem habens titulatã, vti iura habens potiora, præfertur non habenti titulatam. num. 23.

Titulum inter prædones habens, vincit, & vti possidetis interdicto obtinet. numer. 24.

Possessionem melius probat: qui etiã probat, titulum. num. 25.

Probatio plena resultat, ex pluribus coniecturis. num. 26.

Possessionem, indubio amissam non esse, iudicandum est. numer. 27.



PRETERea Vigessimo quarto, & vltimo, cũ quoties indubiũ venit, cui quid attribuendum sit, indubio, vetustiori, debeat attribui

ex sententia Ioã. Fabri in. §. 1. col. 4. versic. praeterea quoties, inst. de actio, & sign o cõsil. 167. incipien. in curia. numer. 22. in id ci tantem, leg. in finalibus, ff. fini regundo. & leg. emancipatum, ff. de senatoribus.

2 ¶ Cum quòd antiquius, sit idē, & dignius, leg. in testamento, C. de testamen. c. anteriorum, §. illud. 11. quaest. 6. c. quanto, de trāslatio. praelat. cum pluribus per Andre. Tiraquel. congestis, in praefatio. tracta. de iure primogenio. Dato, dubio foret, penes quem esset possessio antiquior dictarum partiū terrae, an apud praecitatas communitates, seu penes praefatos Elisabem ximeniam, eiusq; filios Hieronymum & Catherinam à monte Martha, de q; possessione antiquiore nunc ageretur, pro eodem Hieronymo, affatim pronuntiandū est: siquidem eius possessio, iustiorem foucat causam: expraedicto titulo emptionis, dictarū partium terrae, à dicto Fernando Alphonso, dum Humanis in teressent factae, à quodam, qui etiam eas terrae partes, vt suas proprias, multo iam ex tempore possederat, & tunc quando eidem, eas vendidit, quiete, & pacifice possidebat: prout ex plurimorum testium fidedignorum, & omni exceptione maiorum informatione, de mandato cuiusdam locum tenentis praefecti Vrbi Hispalen. Habita, ac coram dicto licētiato Hieronymo à Roxas dudum praesentata, latius patet.

3 ¶ Quòdq; dictus titulus d̄ quo agitur, in dubio antiquus esse praesumitur: & de eo, tanq; de antiquo iudicari debet: vt not. Bal. inquit in. cap. 1. in prin. si de feud. fue. contro. inter domin. et agnat. vas. quód dictum pro notab. Alexan. citat, & sequitur, in consil. 15. incipien visis narratis in themate, col. pen. vol. 5. & Philip. Decius in consil. 252. incipien. agitur causa magni ponderis, col. pen. versic. secundo respondetur. & ex longeua possessione, antiquum reputari, idem Bal. notat in consil. 310. incipiē. ad euidentiam: & in consil. 370. incipien. verba rescripti. vol. 3.

4 ¶ Et qualitas possessionis, faciat vnam probationem alteri praeualere, tantoq; iustior, & potior sit possessio, quanto magis à titulo, & proprietate fuerit causata: vt elegāter dicit idē Bal. in. l. data opera, ad finē, C. qui accusa, non pos. cuius haec verba, aurea esse, Fracis. Curti. senior, dicit, in cõsil. 76. incipien. super motiuis redditis in fauorē cõmunitatis, col. pen. nu. 5. scribēs, vbi dubitatur d̄ possessione antiquiori, possessionē antiquiorē, vel saltē iustiorē, ratione vetustioris tituli praesumi: & quód ad victoriam possessionis, multū prodest possessio iustificata, & voluit idem Bal. in. c. licet causā de proba. & Angelus post Iacob. de Aren. in leg. quoties, C. de rei vendica.

¶ Et

5 ¶ Et quòd sufficiat præsumpti ua probatio, in factis de antiquo idem Curtius respondet, in . d. consil. 76. ante num. 4.

6 ¶ Sed, & secundum Anton. de But. in cap. cum olim, de censib. & in cap. vltim. de successio. ab intest. verba enunciatiua incidē ter prolata, bene probant in an tiquis.

7 ¶ Et huiusmodi verba antiqua plene probare confinia. Bal. Al beri. Saly. & recentiores scribūt in leg. cum aliquis, C. de iure de liber. & idem Bal. in consil. 112. incipien. quæritur qui intelligā tur, col. final. vol. 1. & in. c. cum causam, col. 4. de probat. dicens ex scriptura antiqua probari confinia.

8 ¶ Ac ipse Bal. & Saly. in. d. leg. cum aliquis, volunt, quòd in strumenta antiqua, etiam enun ciatiua, faciunt communem opi nionem, & famam: quæ pro ve ritate habetur.

9 ¶ Et inde famam antiquam, plene probare dominium, glos. voluit, verb, committat in leg. at qui natura, §. si cum me absente, ff. de nego. gestis (cuius, & nos meminimus in proximo nono fundamento. num. 30.) & Bal. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. subiungens per famam probari, antiquissi ma dominia, & iura patronatus, & plenius Alexan. in consil. 1. in cipien. ponderatis, volum. 4. maxime in possessorijs, secun dum doctores in dict. cap. cum causam, & satis deducitur ex. l. 29. tit. 16. part. 3.

10 ¶ Et huiusmodi famam, iuris præsumptionem inducere, idem Bald. docet: in cap. 1. §. vasallus, ad fin. si de feud. fuer. contro uers. inter dom. & agna. Et in cōsil. 89. incipien. dominus Tho mas, col. 2. versic. tertio præmit tendum, vol. 1. eam testatur no torij vim habere.

11 ¶ Pleneq; per famam, factis in antiquis probari, textus probat in leg. proprietatis, & ibi ipse not. Bald. loquens de probatio ne territorij, & iurisdictionis. C. de probatio. idem Bald. in. l. in bonæ fidei, versic. quarto in spicitur, de reb. credit. Florian. in. l. 2. §. iudici, in fin. ff. fini. re gundo. Innocen. in cap. veniens de verbo signi. & in cap. cum in causa, de iuram. calum. & do ctores in dict. cap. cum causam, de probatio. Ludo. Roma. in consil. 109. incipien: in proposi ta consultatione, late Hippol. in leg. de minore, §. plurimū quo q; num. 60. cum plurib. sequen tib. ff. de quæstio.

12 ¶ Ea quidem ratione, quòd in his, in quibus probatio difficilis est, plene fama probet: secundū Bart. in. l. siquidem, C. solut. ma tri. & in. l. continuus, §. cum ita, ff. de verbo. obliga. Anton. in. c. veniens. 1. de testib. & in. c. trans misse, qui fil. sin legit.

13 ¶ Probatioq; præsumptiua suf ficiat, teste Baldo. in dict. §. vas sallus, & quòd iudex ex vehe men

menti opinione, informationem habeat, in omnibus inquibus non potest haberi clara; seu liquida probatio: secundum eũdem Bart. in leg. in illa stipulatione, in fine, ff. de verb. obligat.

14 ¶ Sed, & tunc plene probationi, per coniecturas, & inditia satisfit. lexq; pro probatione, argumenta, & verisimiles coniecturas admittit, leg. non omnes, §. abarbaris, ff. de remilit. & tradit post Paul. Franciscus Curti. late in leg. admonendi, ff. de iure iurand. Bal. in leg. quicunq;, col. pen. C. de seru. fugit. & in leg. si quis in hoc genus, C. de episcop. & clericis sicq; signanter Angel. in leg. si quis ex argentarys, §. fin. ff. de ædendo, notanter scribit, quòd vbicunq; est difficile, & quasi impossibile probare veritatem (nostro, vt in facto) coniecturas tunc, loco plenæ probationis haberi, & idem Angel. in consil. 100. incipien. visa narratione facti. 5. col.

15 ¶ Sic inde fit, testem (qui alias de credulitate non probat, secũdum glos. & doctores in leg. testium, C. de testib.) deponentem per verbum credere, in materia de sui natura certitudinaliter non cognoscibili, bene probare: vt inquit Cyn. in; dict. leg. testium, & Ioan. Andre. in additio. ad specul. in titul. de teste, §. 1. versic. item quòd deposuit de credulitate, Anton. cap. quo sdam in fine, de præsumptio, & Bart. in leg. in summa, §. labeo, in fin. ff. de aqua pluu. arcen.

16 ¶ Et pari forma, id erit dicendum, in teste deponente quòd aliquis occiderit, vel vulnerauerit aliquem ad sui defensionem suo credere: secundum eundem Bart. in consil. incipien. Raynutius Petri, ab Alexandro citatum, & sequutum, in consil. 76. incipien. visa inquisitione, vltim. colum. in fine, & in consil. 109. incipien. visis, & vt oportet, 8. col. vol. 1. quæ etiã Baldi fuit sententia, in leg. solam fi. colum. C. de testib. & Saly. ibi in. 3. colum. & est bonus tex. pro ea, in cap. vnic. de seru tin. ibi, *Quantũ humana fragilitas nosse sinit.*

17 ¶ Eodemq; modo sustentatur testimonium, dicentis se scire pro certo, quòd talis, filius est talis, exponendo scientiam, pro credulitate, quòd materia sit, quæ pro certo sciri non potest: vt inquit Bald. post Cyn. ibi in leg. filium, ff. de ỹs qui sunt sui, vel alie. iur. facit tex. in cap. præterea, in vers. *Conscios*, de testib. & in leg. 3. §. 1. iunct. §. sequen. ff. eodem, & cap. firmiter de sum. trinita. & tradit Hippol. in singul. 19. incipien. tuscis clarum esse, & in antiquis dubitationibus, fama probat, saltem præsumptione quadam, ipsam filiationem: sicut, & instrumenta antiqua, inquibus quis enunciatur etiam obiter, filius alicuius, vt optime notat Anton.

in. c.

in.c.cum dilectus, nu. 30. de succes. ab intesta. Iason. in cõsil. 34. incipien. ad motiua. num. 7. & consil. 114. incipien. ad obiecta, num. 5. vol. 1. & post Alexand. (per eum ibi citatũ,) Reuerẽd. Couarru. in Æpitome super. 4. decretal. cap. 8. §. 3. nu. 9. part. 2.

18 ¶ Sic vel eadem ratione, quando tractatur de re antiqua probanda, literæ quantumuis in marmoribus, seu lapidibus sculptæ, probant: secundum glos. in. dict. cap. cum causam, vbi doctores de probatio. & glos. verbo post mortem, in. cap. sane 2. 24. quæst. 2. & glos. in leg. mo numentorum, in fine. ff. de religios. & sũptib. funer. vbi Bart. & Bald. id voluerũt: idem Bart. in leg. quòd si locus, eod. titul. & in leg. 1. in fine princip. ff. de bono. posse. secũd. tab. & in. l. 1. ff. de albo scribẽ. Hostiẽ. in sum. tit. de proba. §. fin. versic. 9. & Alberi. in. d. leg. in finalibus, ff. fini. regundo.

19 ¶ Et libris hystoriarum, in factis antiquis etiã statur: vt not. Domin. in cap. quamuis ante finem, 22. distin. & voluit glos. (quam ipse non allegat) in cap. inter dilectos, de fide instrumento.

20 ¶ Ac testimonium de auditu, in antiquis probat, vt habetur in leg. si arbiter, ff. de proba. & in leg. 2. §. labeo, ff. de aqua pluuia arcend. & scribit Bald. in leg. cum super, ff. de rei vendica. quem refert, & sequitur Hippoli. in rubri. de probatio. num. 195. versic. & facit etiam testimonium, citans pro hac etiam sententia, Alexand. in consil. 186. incipien. in hac causa. fin. colum. 2. volu. referentem Bart. id tenuisse, in tracta. suo de teste, colum. 11. versic. Hanc candem rem, & scripsit idem Alexand. in consil. 4. incipien. videretur. 2. colum. eod. volu. 2.

21 ¶ Inde notabiliter idem Bart. in leg. Celsus, 2. colum. num. 5. ff. de vsucapio. inquit quód si pater meus, emit quedam fundum, & longo tempore possedit. puta per viginti annos, & postea perdita fuerunt instrumenta, tituli emptionis, quia Ciuitas, prædæ fuit exposita, vel domus incendio combusta, & testes sunt mortui, & mihi de isto fundo empto, controuersia moueatur, & cum non valeam titulum probare, præscriptionem prætendam, sufficere allegare, & probare, me audiuisse à patre meo, se à tali, fundum talem emisse, & quód de hoc publica vox est, & fama: quæ iustissimam inducunt credulitatem. l. cũ quidam, §. quòd dicitur, ff. de acqui. hæredi. quẽ refert. & sequitur Bald. in leg. indicia. 2. col. nu. 5. C. de rei vendi. & tenet idem Bal. in rubri. de præscriptio. 3. col. Paul. de Castro, in leg. in suis, col. 2. ff. de liber. & post. & in leg. 2. §. filius, ff. pro hærede. colum. 2. & Curtius in leg. 1. num. 72. C. qui admit.

mit. & Balbus in repet. d. l. Celsus. 19. col. citat, & sequitur, dicens notabil. & menti tenenda Lanfran. de Oriano, in repet. c. quoniam contra falsam, in parte testium depositiones. nu. 171. de probatio. versic. circa præmissa, quòd tamen ipse intelligendum subdit, probata etiam possessione sufficienter ad præscriptionem, & reliquis ad eam requisitis.

22 ¶ Vlterius, nostra pro parte facit, quia ex quo ita non constat de titulo, dictarum communitatum, circa dictas terras, dubium non est, quòd earundem possessio, & si esset probata, presumeretur potius clandestina, & viciosa, aut violenta, siue præcaria quam licita: vt Iacob. de Aren. & Cyn. not. in. l. 1. & fin. C. vti possidе. & est casus notabilis, in c. licet causam, de probatio. & respondet, Bertran. in cõsil. 24. incip. conspecto processu causæ. num. 5. (qui alios citat) vol. 1. & in pulchra facti contingentia, Laurẽ. Calcane. etiã respondet in consil. 36. incipien. visis dictis peticionibus, 4. col. nu. 18. & potissima quidem ratione, nã postquam constat de titulo, & possessione præfatæ Elisabes ximeniæ, suorumq; filiorum, & Fernandi Alphonsi à montibus de Oca, & actorum suorum, qui pasculando, & ceteros actus possessorios continue faciendo virtute dicte tituli, & instrumentorum antiquorũ, dictas terras possedisse censentur. l. 2. & ibi not. Angel. & omnes, C. de acquiren. possessio. glo. Bal. & idẽ Angel. in. l. quædã mulier, ff. de rei vendica. Barto. in. l. cum solus, & in. d. l. Celsus, ff. de vsucapio. dictæ vniuersitates, nouam causam habentes præsumuntur in vasores: vt scribit idem Bart. in. l. si duo, col. pen. ff. vti possidе. & in. l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstio. Bal. in. l. ordinarη, C. de rei vendica, & in. c. sub orta, de re iudica. & in. d. l. proprietatis, C. de probatio, & in sua disputatione, incipien. accusatus de viturbatiua, col. 1.

23 ¶ Habens enim possessionem titulatam, vti iura obtinens potiora, præferri debet titulatã non habenti, vt præallegatis in locis ipse Bal. latius tradit. & habetur i. l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. & in. d. c. licet causam.

24 ¶ Cum, & inter prædones, ille vincat, & vti possidetis interdicto obtineat, qui titulum habet: Secundum eundem Bal. in. l. arboribus, §. nam, & si agrum, ff. de vsu fruc. & expræssius in. d. cap. licet causam. 8. col.

25 ¶ Et ille melius possessionẽ probet, qui etiam probat titulum: ex eodem Baldo, in. d. §. nam, & si agrum.

26 ¶ Quòd nostro in thematæ, de prædicto Hieronymo, tanto magis est censendum, quanto proeo, contra dictas Vniuersitates, titulus, antiquitas, possessio, & fama concurrat publica.

ex his

ex hisq; pluribus coniecturis, plena (quæ aliâs non resultaret,) resultet in eius fauorem probatio: secundum glos. nota 1 bil.in leg.2.§.ætas,ff.de excusatio.tutor. quam idem Bald. extollit,in rubri.deprobatio.& in rubri.extra eod.Roman.in consil. 7. incipien. visis necessarijs. glos.in leg.3.§.eiusdem, ff.de testib.in leg.instrumēta.C. de probationib.c.cum dilectus,de successio.ab intest.c.accedēs, vt lit. non contesta. & in.d.cap. cum causam,& ibi Panormit.de proba.& idem Panormit.in.c. tercio loco, eod. titul. Anton. de Butrio,in.c.veniens, de testibus Alexand.consil.96. incipien.in visis narratis, vol. 4. Bartho. Socin. in consil. 187. incipien. controuersia,versic.confirmantur præmissa, 2. vol. & pulchre concludit Andre.Barba.in consil. 6. incipien. sapienter.col. 7. versic.præmitto etiam quòd ex pluribus,2.vol.

27 ¶ Quòd si casus noster dubitabilis sit, possessionem indubio, ex parte nostri paulo antecitati Hieronymi,amissam non esse, necq; fuisse pronuntiandum est: vt in eisdem fere terminis, Paul.deCastro signanter notat: in leg.1.per tex.ibi.ff. si quis cautio.facit.lex, quoties nihil.ff. de regu.iuris.

¶ EX RESPONSIOne ad primum.1.part. fundam.seq.

¶ *Lex Toletana seruanda est prout iacet: & eius verbis inherendum.nu.1.*



C, IStam vlmā partē(quæ de iure verior est) tenendo, non obstant, prima in parte superius in fauorem dictarum communitatum adducta. Imo si rectè inspiciantur,& ex bono, ac æquo pensentur, pro dicto Hieronymo facere, nulli non patebit.quale est illud, quòd primo adducitur, quòd dicta lex Toletana seruanda sit, prout iacet: & eius verbis inherendum: cum pluribus, (vltra loca ibi citata) per Andream Tiraquel. huius sententiæ allegationibus congestis, in repetit cio.leg.si vnquam, verbo libertis, numer. 4. pagin. (in parvis.) 125. de reuocan. donatio. Nam si eius verbis, præfatus Licentiatus Moreno, alijq; iudices inhererēt: & normam ibi, & in instructione (quæ dari solet Regia) seruarent traditam: vtrq; dictæ sententiæ, per eos latæ, haud nullæ extitissent: necq; aliqua signarentur nota: ipsecq; Hieronymus Damno non afficeretur, & iniuria, cum ergo ea non cauerint, & de facto illum spoliauerint, oleum hoc

hoc in negocio, & impensam ci uitatis Hispalensis, ac Vtratien sis communitatis, (vt in prouer bio est) perisse, nemo est qui am bigat, aut qui ex doctoribus nō asserat, vnde arundineum, nec eisdem patrocinio est, primum quòd sua pro parte adduximus fundamentum, pro nostraq; si rectius consideretur, fortius stringit.

¶EX RESPONSIO. ad. 2. part. 1. funda- men. sequent.

¶ *Sententia lata contra formam leg. Toleta, non est sententia. num. 1.*

Exceptio nulla contra instrumentum si op ponatur, opponi potest, quòd instrumen- tum non sit. num. 2.

Instrumentum simulatum, non est instru- mentum. num. 3.

Statuto stante quòd nulla aduersus instru mentum opponi possit exceptio, opponi potest, quòd est simulatum. num. 4.

Lex. 4. tit. 8. lib. 3. ordina. Regia, citatur, & explicatur. ibidem.

Titulus simulatus, non est titulus, neq; simulata traditio, possessionem trans- fert. numer. 5.

Lex Tolet. restringit se in casu, quo spolia tus habere possit audientiam, intra ter- minum ibidem designatum. num. 6.

Exceptio, quæ ab eadem lege Tolet. & commissione procedit, per dictam leg. Tolet. exclusa non videtur. num. 7.

Exceptionibus per statutum exclusis, ex- clusæ nō intelliguntur exceptiones, quæ ex eodem oriuntur statuto. ibidem.

Statuto, exceptiones si excludantur, ex- ceptio nullitatis admittitur, quæ ex alte rius statuti, seu rescripti prouenit ca- pite. numer. 8.

Lex Tolet. exceptiones rationabiles non excludit. num. 9.

Lex Tolet. loquens de sententia, intelligi- tur de sententia, a persona quæ senten- tiare potuit, lata. num. 10.

Lege Tolet. non excluditur nullitas, ex iu dicum incompetentia, & potestatis, seu iurisdictionis defectu, proueniens. nu- mer. 11.

Lex, 2. tit. 15. lib. 3. ordin. Regia. citatur, & intelligitur. ibidem.

Laudum vltra fines compromissi datum, ipso iure dicitur nullum: & per statu- tum, quòd nihil possit obijci, vel opponi, seu de nullitate, dici, non comprehendi- tur huiusmodi nullitas. num. 12.

Exceptio nullitatis, ex defectu iurisdictio nis causatæ, non tantū post vnicam sen- tentiam opponi potest, sed etiā post tres conformes sententias. num. 13.

Exceptio nullitatis ex iurisdictionis def- fectu, opponi potest, etiam si iuratū sit, de nullitate non dicere. num. 14.

Exceptio nullitatis ex defectu iurisdictio nis, semper opponi potest. num. 15.

Exceptio nullitatis, ex iurisdictionis deffe ctu, post sententiæ exequutionem, venti lari potest. num. 16. & Ratio assignatur ibidem.

Lex, & statutum non procedunt, si quali tas à lege, vel statuto præsupposita, non verificatur. num. 17.

Nullitas negationem actus includens, non comprehenditur sub aliqua lege, seu sta tuto, qualiter cunq; nullitatem allegare prohibente. num. 18.

Nullitas ex inhabilitate comparentium, vel contrahentium insurgens, non inclu ditur sub generali prohibitione, & nulli tatum remotione, & eius exceptio, quā- docunq; opponi potest. nu. 19.

Exceptio ex defectu mandati proueniens, (vt tu non habes mandatum) iudicium red-

reddit retro nullum, & post lapsum termini, quandocunq; opponi potest. nu.20.

Exceptio nullitatis in habilitatis, per prohibitionem nullitatum, sublata non dicitur, maxime quando talis in habilitas, à iure proueniat naturali, cum tunc etiam quòd à Principe apponatur clausula, omnes, & quoscunq; deffectus supplendo, &c. satisfactum non videtur. num.21.

Exceptio nullitatis in habilitatis, non tollitur ex eo quòd clausula motus proprij apposita sit: neq; dispensatio inducitur. num.22.

Exceptio nullitatis, ex deffectu citationis proueniens, per generalem Toletanæ legis, seu cuius uis statuti prohibitionem non tollitur. num.23.

Exceptio nullitatis, ex facie actorum resultantis, à lege Toletana reiecta non censetur. nu.24.

Exceptione, seu nullitate quauis remota, non intelligitur de notoria, & manifesta. num.25.

Nullitas notoria, & manifesta, statuto, seu dispositione nullitates reycienti, non includitur. ibidem.

Exceptio nullitatis notoriæ, & manifestæ, nec dum post vnam sententiam quæ in rem iudicatam transiuit, sed etiam post tres conformes sententias, ad earum admittitur impediendam exequutionem. num.26. & quomodo id accipiendum sit. ibidem, contra Guidonem Papæ.

Nullitas ex actis non notoria, sed aliundè, quãuis obyciatur cũ probatione statim, & in continenti (vt aiunt) assummenda, non impedit exequutionem sententiarum conformium. num.27.

Lex.25.tit.3.lib.2. ordin. regia. & pragmat.44. regum catholicorum citantur, & intelliguntur. ibidem.

Nullitas notoria, ex actis resultans, ita priuilegiata est, quòd propositione aliqua, seu allegatione non indiget. nu.28.

Dictum vulgatum, quòd notorium non releuat ab onere proponendi, licet bene a probandi, limitatur. ibidem.

Notorium ex actis resultans, non requirit quòd iudex per suam interloquutoriam id declaret, quamuis alijs in casibus si iudex hoc faceret, optima esset cautela. num.29.

Exceptio nullitatis, post triginta annos obyci potest, etiam agendo, vbi vertitur periculũ animæ: licet aliàs secus. nu.30.

Exceptio nullitatis, excipiendo, in perpetuum obyci potest, & de nullitate excipiendo dici semper, & obyci potest. numer.31.

Exceptio nullitatis, post lapsam instantiã, & terminum ad nullitates proponendũ præfixum, obyci excipiendo potest. numer.32.

Statutum præfigens terminum, ab obijciendum de nullitate, & post illud tempus vetante, de ea quæ proponitur agendo, non autem excipiẽdo, intelligitur. nu.33.

Terminus ad excipiendum, non comprahendit nullitatem, & per statutum prohibens ne alicui fiat ius, non videtur denegata defensio. nu.34.

Nullitas ex actorum constans inspectione, non tollitur à statuto, quantumcunq; limitante tempus. nu.35.

Nullitas quæ per instrumentum constat publicum, cum tunc notoria dicatur, euidens, & manifesta, nõ tollitur, à statuto limitante tempus, & metam imponente, seu nullitatũ exceptiones opponi prohibente. num.36.

Instrumẽtum habens in manibus, & illud absq; alia dilatione ostendens, dicitur incontinenti probare. ibidem.

Nullitas ineptitudinis libelli, non intelligitur à statuto sublata nullitatum exceptiones reyciente. num.37.

Exceptio ineptitudinis libelli, opponi potest, etiam post sententiam lapsam in rẽ iudi-

indicatam. num. 38. & quomodo hodie id intelligatur. ibidem.

Nullitas ex perplexitate, seu contrarietate proueniens, non tollitur per statutum nullitates reijciens. num. 39.

Nullitates ex actis resultantes, & notoriæ, a litigatoribus propositæ, reijci necdum non debent: quinimo ipsis litigantibus tacentibus, & adhuc ipsa lege Toletana, seu quouis alio statuto, de sententiæ nullitate dici vetante, iudex ex officio suo supplere, & easdem quandocunq; tollere, & reuocare debet: cum ad eius officium spectet ne frustra litigari contingat. num. 40.

Lege Toletana stante, opponi potest nullitatis exceptio quòd sententia, de qua ibidem, fit mentio, contra minorem fuerit indefensum lata. num. 41.

Exceptio innocentiæ, à lege Tolet. non excluditur: cum de iure sit naturali. numero. 42.

Exequutio fieri non debet, si post confessionem de Innocentia appareat. num. 43.

Lex. 1. tit. 3. delas contestationes, lib. 3. ordin. Regia, quòd habeatur quis pro confesso (vt ipsa statuit) intelligenda necessario est, nisi per testes & iura de eius innocentia probetur. num. 44.

Lex Toletana quæ remedium appellandi tollit, in integrum restitutionem non excludit: nec per eam videtur sublata. numero. 45.

Restitutiones bannitorum per viam restitutionis in integrum, nunquàm censentur à statuto exclusæ. num. 46.

Restitutio in integrum, stante lege Regia Toletana, neganda non est vniuersitatibus Ciuitatum; aut Villarum, sicut & minoribus ad probandum de nouo si petatur. num. 47.

Lex Tolet. appellationem excludens respectu exequutionis in possessorio sententiæ, eam tamen non excludit, quando iudex condemnat in fructibus, istoq; casu appellatio admittitur: & non prohibetur. num. 48.

Lege regia Toletana nõ excluditur appellatio ab inordinato processu, quòdq; si ab eo appelletur, admittenda appellatio est. nu. 49.

Caput nonum in cõmitijs Valli Oleti habitis, ann. 1542. expenditur, & citatur: vbi etiam fit mẽtio de cõmitijs Madritijs anni. 1552. nu. 50.

Exceptionem opponens legitimã auditur, nõ obstante dispositione legis Toletanæ. num. 51.

Sententiarum trium conformium exequutionem, condemnatus impedire non potest prætextu nullitatis ipsarũ ex Ioan. Andræ. & alijs. num. 52.

Sententia difinitiua, dicitur à fine: quia finem imponit liti. nu. 53.

Sententiarum trium conformium quamuis in diuersis instancijs, & tribunalibus latarum, condẽnatus exequutionem impedire valet prætextu illarum nullitatis, quæ ex ipsis met actis resultaret: aut quæ ex ipsorum iudicũ incompetentia, & iurisdictionis deffectu proueniret: & causaretur. num. 54.

Legis Toletanæ verba citantur & expenduntur. ibidem.

Statuentes non præsumuntur velle iniquitates fouere, defensiones tollere: ac ius vnius, & dare alteri. num. 55.

Lex Tolet. & simplices, ac generales nullitatum prohibitiones, ad id quòd est verisimile, & rationabile restringi debent. nu. 56.

Exceptio ex facto aduersarij proueniens, inclusa nõ cẽsetur sub generali exceptionũ remotione, seu renuntiatione. nu. 57.

Nullitatis ad actionem si quis non admittatur, in casu clemen. 1. de re iudi. admittẽdus est in syndicatu, ad agẽdũ cõtra iudicẽ qui tulit primã sẽtẽtiã iniquã. nu. 58.



ECV- dum fundamentũ, quòd sententiæ à dictis latæ iudicibus, in rē iudicatam transierint, & ex quo ab eis, appellatũ non fuerit inducta sit exceptio litis finitæ, quòd q; aduersus dictas sententias appellatio admitti non possit, nec de nullitate dici, seu quocunq; vti remedio (vt latius in præcitata lege Toletana continetur) minus etiam obest: & ad hoc multipliciter respondetur.

1 ¶ Et primo, negando, dictas sententias fuisse sententias, quòd latæ non fuerint iuxta modum, & formam in dicta lege, & instructione (quæ dari solet regia assignatam, ex theorica Bart. in. l. diuus, ff. de testamen. milit. per illum tex.

2 ¶ Inquientis, quòd licet contra instrumentum exceptio nulla admittatur, opponi tamen posse: quòd instrumentum non sit, puta quia ille qui illud scripsit, notarius non est, vel non interuenit iudex, aut aliás solemnitates requisitas, in instrumento non habet, & docuit idem Bart. in. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bono. poss. contra tabul. & in. l. 4. §. condẽnatum, ff. de re iud. & in. l. 1. §. & parui, ff. quòd vi aut clam. & in. l. fideiuss. §. prætor. ff. qui satisd. cogan. & Bal. in. l. 1. §. quòd autẽ. ff. de offic. præfect. vrbi, & in. l. 1. C. de iur. & fac. ignoran. & alijs in locis doctores, de quibus per Alexand. in consil. 33. incip. viso themate, 1. col. nu. 2. vol. 1. & in consil. 3. incip. in causa, & lite, 2. colu. & in consil. 60. incipien. visa, col. 5. vol. 2. dicentem istam Bartodoctrinã vbiq; sequi doctores. Deci. in consil. 38. incip. diuino, & c. circa primum dubium. 7. col. nu. 7. & consil. 458. col. 1. Felin. in. c. ex parte, 3. col. versic. sublatis, de offi. delega. Mathe. de Afflic. decisio. Neapol. 21. incipien. dubitabatur pen. col. nu. 13. Carol. Ruyn. cõsil. 14. incipien. de pluribus, num. 17. vol. 2. & in consil. 78. incip. profequendo ordinem, 4. col. nu. 8. vol. 4. & Ludoui. Carreri. Regin. in sua praxi criminal. ad modum recepticionis, in. l. 2. C. quorũ appel. non recipian. num. 167. pagin. 129. (in paruis.)

3 ¶ Inde cum instrumentum simulatum, instrumentum nõ sit, teste Baldo, in. l. fin. §. in computatione, col. vltim. C. de iure deliber.

4 ¶ Stante statuto, quòd aduersus instrumẽtum nulla opponi possit exceptio, opponi potest, quòd est simulatum: secũdum eundẽ Bald. in. l. cum præcibus, post princip. C. de probatio. & eundem, in. l. 1. col. fin. versic. subsequenter quæro, & ibi Saly. col. 2. vers. quæro pone, quòd statutũ, C. plus valer. quòd agit. & voluit ipse Bal. in. l. si non fortem, §. 1. post princip. ff. de condict. indebi. Bart. in. d. §. & parui

parui refert.2.col.versic.sed quid si oppono, Anton.in.c.cum Ioannes,& ibi Imol.colum.5.versic.& quòd dixi,& Felin.col.10.versic. quartus casus,cum sequen.de fid. instrumen.& per eundē Imolā,in l.fin.ff.a quib.appel.non licet,& in.c.cum contingat,in.6.membro de iure iuran.Pet.ab Ancha.in re pet.c.1.14.quæstio.princip.versic.iuxta hoc membrum,de consti tu.Cepol.cautel.290.incipien. statuta quādoq; (secundum antiquiorem computationē) Anton. Cana.intracta.de exequutio.testamen.quæs.13.Barba.in.c.ad nostram,col.2.de emptio.& vendi. & i cons.27.incip.scripsit.col.ante pen.& consil.43.incip.præclare scribitur.9.col.&cōsil.51.incip. scripsit sapiētiæ fons,col.17.vers. & plus mihi videtur,vol.1.& cōsil.53.incipien.præclare scripsit. 14.col.versic.modo præsupponitur,& consil.59.incipien.illud in medium,col.11.versic.modo illa. 2.vol.& cōsil.22.incip.clemētissimū,col.5.vers.capio nūc,& consilio.35.incip.omnipotērē.2.col.ad finē,vol.4.Alexand.(qui alios citat) consil.101.incipiē.super quæsito,2.col.versic.opponitur,volu. 4.Maria.consil.65.incipien.omnipotēs,&c.circa primā quæstionē,col.7.vers.facit etiā ad prædicta,& Felin.in.c.ex parte.2.col. 4.fallent.12.de offic.delega.quæ sunt notāda ad intellectum,& declarationem.l.4.tit.8.lib.3.ordina.regia.cauentis contra instrumēta publica vltra ibi expressas, exceptiones nō admittēdas,quòd opponi possit instrumenta non esse,aut simulata esse.

3 ¶Sicuti de titulo simulato,quòd non sit titulus,nec simulata traditio possessionem transferat,textus probat,in.l.emptor,ff.de aqua pluui.arcen.&.l.cum ea,C.de trāsactio.not.Bal.in.l.fraus,ff.de legib.

6 ¶Secundo etiam responderi potest,quòd de cursu non sint sexaginta illi dies,de quibus dicta instructio,ipsaq; lex Toletana loquitur,& quòd intra legalem illū terminum,præfata Elisabes Ximenia,eiusq; filij non valuerint, in effectu habere audentiam,audiri ve,aut de iure suo docere,siquidē eadem lex expresse restringat se,in casu quo spoliatus habere audientiam,ad dictos potuisset iudices.

7 ¶Et talis exceptio quæ ab eadē lege,& commissione procedit,exclusa non censetur: vt not.Bart. in.d.§.& parui,dicens quòd,& si omnes exceptiones per statutum sint exclusæ,exclusas tamen non esse quæ ex eodem oriuntur statuto,ac ex ipsa lege,& commissionis scriptura requirentis qualitatem prædictam,& quòd non solum (prout ibi disponitur) causæ interueniat cognitio,sed,& iudex ipse per se veritatem inquirat,& idem volunt Bal.& Saly.in.l.ita nobis pudor.C.ad leg.Iul.de adulter.& Panormit.in.c.ex parte.2. de offi.delega.

8 ¶Imo ipso teste Bartolo,in.d.§. & parui,

& parui, admittitur nullitatis exceptio, quæ etiam ex alterius statuti, seu rescripti proueniat capite ne statuentes, seu rescribentes, se ipsos in continenti correxisse uideantur. argument. l. præcipimus, in fin. C. de appella. & l. fin. C. de testamen. & volunt Anton. de Butri. & Imola, in. d. c. ex parte, Fulgo. in consil. 107. incipien. super eo, col. fin. Roma. in consil. 244. incipien. pro euidentia, col. fin. & consil. 472. incipien. in eo quód quæritur. col. 2. Ioan. Andre. in additio. Speculato. titul. de exequutio, sentẽ. §. fin. vers. 16. Bal. in. l. 1. col, vltim. de condict. indebi. Alexan. consil. 77. incipien. visis. 4. col. vol. 3. & consil. 64. incipien. circa, col. fin. volum. 4. & in consil. 145. incipien. viso processu, in fin. vol. 5.

9 ¶ Neq; etiam stante dicta lege Toletana, aliæ exceptiones excludũtur rationabiles: vt not. Archidia. in. c. lator. 2. quæst. 7. & Dominicus, in. c. quoniam, 18. distin.

10 ¶ Et præallegata lex loquens de sententia, intelligenda omnino est de sententia, á persona quæ potuerit sententiare lata: vt tradũt Bar. & Bal. in. l. 2. §. prætor ait, ff. qui satisd. cogan. Rapha. Cuma. in cõsil. 44. incipien. ab arbitrali sententia, Angel. in cõsil. 249. incip. viso puncto, Petrus ab Anchar. cõsil. 207. incip. ĩ quæstione prædicta, col. pen. Panormi. in consil. 44. incipien. in præsenti quæstione, in fin. vol. 1. (& diximus in fundamẽto. 6. nr̃a pro p te adducto.)

11 ¶ Vnde cum dicti delegati iudices iurisdictione caruerint, ob nõ seruatam dictæ legis, & commissionis formam (vt, & in decimo quinto pro eadem parte fundamento assertum est) talis nullitas, ex eorum in competentia, & potestatis seu iurisdictionis deffectu causata, á dicta lege nõ excluditur Toletana, per eius verba, & alia quantumuis præcisa: vt est glos. notabil. licet vulga. communi tamen probata voto, in clemen. 1. in glo. final. de sequæstra. posse. & fruct. quam Cardin. Anchar. & alij ibi sequuntur, & singula. Corset. dicit in reperto. ad Panor. verbo, iudicis in competẽtia, Alexãd. in addit. ad Bart. in. d. §. & parui. num. 7. Bal. in. l. exceptionem, circa finem, C. de proba. & in. l. generaliter, col. 2. C. de episcop. & cleri. & in consil. 296. incip. processus, vol. 4. & in consil. 351. incip. in causa vertente, in fine, vol. 2. & consil. 21. incip. processus factus nu. 1. vol. 5. Panor. in. c. licet de cuĩtãda. nu. 11. de electio. & in consil. 82. incipien. cõditor, col. pen. vol. 1. Angel. ĩ rubri. đ exceptio. inst. nu. 11. Paul. de Cast. in. l. fin. C. de arbit. Anchar. consil. 272. incip. de titulis criminũ, col. pen. Raph. cum in. d. cõsil. 44. in fin. Rapha. fulgo. consil. 150. incipien. quidã ciues, Angel. in consil. 248. incip. super primo, col. 1. Roma. in consil. 42. incipien. visis. Anton. Corset. sing. 282. incipien. statuto cauetur. Socin. in tract. fallent. reg. 121. incipien. exceptio nullitatis

Felin.in rub.de for. comp. 2. col. num.2.& in.c.pastoralis.num.10 & ibi Detius.nu. 11. de exceptio. idem Felin.in.c.ex parte.2.num. 16.vbi ipse Detius,col.pen. ad finem,de offi. deleg. Barba. consil: 39.nu.12.vol.1.Curtius,ī.l.2.nu. 34.ff.de iurisd.om.iudi. Perusin. in c.dilecto, de appel.quæst.52. Alexand.consil.77.incip.in causa,& lite.2.vol.& in.l. de pupillo,§.qui opus,nu.9.ff.đ no.oper.nun. Curtius,in.l.2.nu.30. ff. si quis in ius. voc.non ier.Ludo.Gomet. in regu.de non iudican.iux.form.sup. quæst.16. versic. & quod dictum est,Ripa,in.l.4.§.condemnatum, nu.23.ff.de re iudi.Roderi.suarez in repet.l.post.rem iudicatā eod. tit.num.33.fol.(mihi,) 153.col.4. Hippol.Marsilien.in.l.fin.nu.50. ff. de iurisd.om.iudi.& in singul.10 & in pract.§.oportune.nu. 28.& in consil.71.num.37.Guiliel. Benedic.ī repeti.c.Raynutius, verb. mortuo itaq;.1.nu.213.de testam. Robert.Marāt. de ordin. iudicio. part.4.dis.16. nu. 7. Lanfran. de Oriano (qui dictam glo.singularem asseuerat,in repet.c.quoniam contra, in parte exceptiones, nu. 15.in fine, de proba. Philip. Detius,consil.360.incipient. perscrutatis,in prin.& consil.700. incip. in causa,in fine,Ioan.Baptista Perusin. (qui fuit gener Bart.) in tract.de arbit.lib.7.c.11.col.1.versic.prima regula,& cōmunē opinionem,Alexan.fatetur,in consil. 79. incip. in causa, & lite,in fin. vol.7.& Corne.in consil.144.incipien.viso dicto themate, col. 2. vol.1.& consil.203.col.pen.vol.2 & Bartholomeus Socin.cōsil. 83. col.fin.in prin. volu. 4. Bernard. Diaz à lueo.regula,251.vnde, & si iure nostro Regio,de nullitate sententiæ intra sexaginta dies agendum sit.l.2.tit.15.lib.3. ordin. Regia. si nullitas ex iurisditionis allegetur deffectu,post illum terminum agi poterit:quòd & Reuerendiss.Couarruu.probauit,in lib. practica.quæstio.c.25.num.4.ab Antonio de Padilla. (nouissime) citatus,& sequutus)in.l.1. nu. 30. C.de iur.& fact. igno. Sed &. d. glo. Anton Gomecius citat,in.tracta.de delict.c.12.num.8. (cui tamen similis est,in.c.nostra,in verbo,momenti,de procura, & in simili,glo.verbo condemnandus,in c.exceptionem,de exceptio. & in c.super eo,de crimin.fal.) & Philip. Corne. illā cōmendat,in cōsil. 38. incip. libello producto,vol. 3.

12 ¶ Respondens,quòd laudum vltra fines compromissi datum,ipso iure nullum dicitur. & quòd non obstante statuto, quòd nihil possit obijci,vel opponi,seu de nullitate dici, non comprænhenditur huiusmodi nullitas,quæ ex eo insurgit, quòd arbiter extra compromissum laudauit:cum resultet ex sententiantis incompetentia, perdictam glo.

13 ¶ Quam ante Citatus Hippolit. in.d.singul.10.extendit,dicens nō tantum post vnicam sententiam, nullitatis hanc exceptionem ex deffectu iurisdictionis causatam,

posse

posse opponi, sed etiam post tres conformes sententias, vti hac in specie tenuerũt, Anchar.& Abb. in clem.1.de re iudi. Domin. in cõ sil.24.col.5.Felin.i.c.ca quæ, col. 2.de re iudi.& in.d.c. pastoralis, col.4.de exceptio.recentiores, in d.§. cõdemnatum, Alexand.in.d. consil.77.num.8.Bal.in.d.l.generaliter,col.1.C.de episcop.& cleri.Roma.in.d.cons. 42. & consil. 115.Paul. de Cast.in.d.l.fin. C. de arbit. & in consil. 99.part. 2. per Francum,in.d.c.dilecto,quæst.52 &.56.Hippol.in.d.l.fin.de iurisd. om.iudi.nu. 49. Ludoui. Gomet. in tracta. vtriusq; signaturæ. num. 75.& Detium,in.d.consi. 38. col. penul.num.7.& consil.8. incipiẽ. viso puncto.num.8.

14 ¶Etiam si iuratum fuisset, de nullitate non dicere: secundum Angel.in consil.218. incip.in dei nomine,visa narratione fact. quem refert, & sequitur Detius, proxime ante citato in consilio,& in cõ sil. 434. incipien. placet, in fine. (vbi loquitur de iniquitate laudi, ex isto defectu,) Felin. in.d.c.ex parte.5.col.17. fallen.de offi. delega.& in.d.rubri. de foro competen.& in.d.c.pastoralis,3.col. ver sic.amplia etiam,Socin. in consil. 299.incipien.capio primum consultationis,& consil.274.incipiẽ. in causa dominæ Lysæ Bernardi, colum.& num.fin.vol. 2. (vbi dictam glo.ab omnibus approbatam appellat) & in consil.95.incipien.in causa communis, 4. colu. nu.13. vol3. & in consil.124. incipien. præsens consultatio, colum. pen.num.11. volum.1. Parisius,in consil.45.incipien.satis,5. colum. num.29.vol.1.facit quòd scribit Paulus de Castro,in consil.16. incipien.si ponderarẽtur, volumi.1.

15 ¶Et talis nullitas,semper opponi potest: secundum eundem Detium,dictam glo.in id cum alijs citantem,in consil.520. incipien. in causa Pistoriensi,colu.&. numer. final.

16 ¶Sed, & post exequutionẽ, hæc potest nullitatis ventilari exceptio: secundum Innocen.notabiliter in. c. ex ratione, de appel. & Bal.in sua margarita,in verbo, agens.Nam cum potestas,ac iurisdictio,in omni actu á lege pro constanti ex mente statuentium continuo præsupponatur: vt declarat Bart.in.d.l.2.§.prætor ait, ff.qui satisd.cogan.cum alijs, de quibus per præallegatum Detium, in cõ sil.490.incipiẽ.in causa quæ, col. 4.versic.secundo respondetur,& in.d.consil. 360.num. 2. quando iudicantis defficit potestas, non potest dici quòd sit sententia, vel qui vis aliusactus iuridicus,pro vt á lege,seu statuto præsupponitur. Ideo imprimis constare debet, quòd lex seu statutum de sententiæ prohibens nullitate dicere, sibi locum vendicet. quòdq; illa sit sententia,seu instrumentum, vel similia,siquidem defficiente potestate,tali nomine non merentur nuncupari.l.3.§. iudicatum, ff. de re iudica.l.1.§.fin.ff.ad.S C. Tertul.l.2.§.fin. ff. de pœnis, & clemen.

men.pastoralis, circa finem de re iudi.

17 ¶Et si qualitas à lege vel statuto præsupposita, non verificatur, nō procedant lex, & statutum, teste Bar. in.l.1.§. ait prætor, ff. ne quid in flumi. publi. & Baldo, in.l. si quis non dicam rapere, 3. col. C. de episcop. & cleri. cum alijs per Decium adductis, in consil. 540. incipien. quæritur, post princip. (& per nos, in.4. nostræ partis superius adducto fundamento.)

18 ¶Tandemq; ex his fit, per similē prohibitionem regiam tolli minime, quominus quis possit opponere, quòd non sit sententia: nempe quòd qui eā tulerit, nulli præfuerit potestati, & huiusmodi negationem, nullitatem actus includentem, sub aliqua lege, seu statuto, qualitercunq; eam allegare prohibenti, non includi. Bald. docet, in d.l. siquidem, in.3. notab. C. de exceptio. & in.l. peremptorias, col. 6. versic. quæro quid si statutū dicit, C. senten. rescin. non pos. & Cardin. in.d. clemen. 1.§. fin. colu. vltim. versic. secundo quæro, de sequest. posse. & fruct.

19 ¶Nec sub simili (eadem fere ratione) prohibitione, ac generali nullitatum remotione, videtur inclusa nullitas ex inhabilitate cōparentium, vel contrahentium insurgens: quinimo talis ex ipsorum coniecturata mente statuentium excepta iudicatur: & quandocunq; ideo de ipsa oppo ni potest, vt post Bart. Alexan. & alij declarant, in.d.l.1.§. & par ui, ff. quòd vi aut clam. per tex. in l. filio, §. contra tabulas, ff. de inof. testam. & sequitur Anchar. in.d. clem. 1. notab. 10. de re iudica. Felin. in.d.c. ex parte, 3. colum. versic. quarto limita, de offi. delega. & Roma. in.d. consil. 42. & per Hippol. in.l. si quis ne quæstio, numer. 10. ff. de quæstio. & ne per huiuscemodi generalem nullitatis reiectionem, dispensatio inducta videatur, & data facultas incapacibus, & inhabilibus valide contrahendi, seu in iudicio standi, cū paria sint disponere quòd actus valeat, vel quòd de nullitate illius dici non possit, vt notat glos. final. l. qui habebat, §. 1. ff. de manumis. ex testam. & tradit Decius, in consil. 456. incipient. consului altās. numer. 1. & consil. 557 incipien. accurate, col. vltim. num. 13.

20 ¶Inde quòd exceptio ex defectu mandati proueniens (vt tu nō habes mandatum) iudicium reddat retro nullum, sancitum hodie extat, in.l. 1. in ordinationibus de Madrid, ac elapso termino quan docūq; opponi posse, doctores no tant: in.c. in nostra, de procurat. Thom. Gramma. voto, 18. num. 5 tex. est in.l. licet. C. de procurat. vbi Alex. Iason, & reliqui, & idē Alexan. in.l. ita demum, limita. 2. eod. titul. Nicola. Bellon, in cōsil. 26. num. 10.

21 ¶Neq; per præallegatā legem Toletanam in habilitatis exceptio, & ex ea emanata nullitas, sublata intelligitur: maxime quādo

talis

talis in habilitas á naturali proueniret iure, cum tunc, etiam quòd à Principe apponatur clausula, omnes, & quoscunque defectus supplendo, &c. satisfactum non videatur per tex. in clemen. pastoralis, §. ceteru, vbi Cardin. Anchar. & alij, de re iudi. & hæc clausula ad iuris positiui solênitates tãtum modo referatur: vt scribit Specula. in tit. delega. §. nunc ostendendendum, versic. 18. Panormi. in c. illa, nu. 3. de electio. Alexand. in consil. 111. incipien. perspectis. 2. colum. versic. tamen istis, 2. volu. Decius, consil. 602. incipien. viso puncto, colum. pen. num. 20. & in consil. 410. incipien. in causa mota Mediolani, 4. col. num. 21. Socin. in consil. 164. incipien. visa bulla, fin. colum. 2. vol. & Carol. Ruyn. in consil. 36. incipien. primo circa nullitatem, 3. colum. nu. 5 volum. 5.

22 ¶ Siue etiam, quòd clausula motus proprij apposita sit, quia in habilitas per eam non tollitur: nec dispensatio inducitur: vt not. glo. verbo, validam, in clemen. si Romanus, de concef. præben. Felin. in c. causam quæ, 2. colum. de testib. & Rotæ decisio, 112. incipien. dicebant domini, & 445. incipien. nota licet proprius motus, in nouis, & plenius Philip. Decius, in consil. 407. incipien. visis, colum. fin.

23 ¶ Pari quoque ratione, cum nullitas ex omissione citationis proueniens, iuris naturalis defectus sit qui à Principe, vel statuto tolli non potest. d. §. ceterum, c. 1. & ibi Panormi. de cauf. poss. & proprie. & in. c. cum olim, colum. pen. de re iudi. doctores, in. l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. publi. quorum hæc sententia communis est, secundum Felin. in. d. c. cum olim, 9. colum. nu. 11. Celsum ad Lanfran. in clemen. sæpe, in verbo, omissa citatio, & verbo. signif. Decium, consil. 603. incipien. viso pũcto, pen. colum. in fin. & consil. 544. incipien. serenissimus, colu. (etiam) pen. nu. 27. quicquid alij dicant, quos Alexander refert, cõmunem opinionem comprobans, in cõsil. 11. incip. aliás consului, nu. 5. vol. 7. per generalem eiusdem Toletanæ legis, seu cuius vis statuti, nõ tollitur prohibitionem: iu dicio Innocen. in. c. tua nos, de cohabita. cleri. & Baldi in. l. 1. col. 3. C. quomo. & quand. iud. Calderin. consil. 8. in fine, de re iudi. Anchar. in consil. 207. incipien. de iure communi, Angel. consil. 221. in cipien. per dominum Obicinum, & in consil. 145. incipien. in facto proponitur. Roman. in singula. 664. incip. tu scis, Panormit. in cõsil. 92. incipien. Christi, vol. 1. cum alijs, quos Alexand. citat, & sequitur, in consil. 225. incipien. ponderatis his, in prin. vol. 6. Decius, in d. consil. 38. incipien. circa primũ dubium, colum. pen. num. 7. & in dict. consil. 410. nu. 17. & in consil. 603. incipien. viso puncto, nu. 11. & in consil. 681. incipien. viso puncto, & diligenter considera tis, fin. col. num. 27.

24 ¶ Sed nec per eandem ante citatam legem Toletanam, reiecta in telligitur, vel exclusa nullitas ex facie actorum resultans, cum talis euidens, & notoria dicatur, teste Alexandro in consil.59.incipien. viso titulo, num.8.vol.4.

25 ¶ Et quauis remota exceptione, seu nullitate, non intelligatur de notoria, & manifesta.c. inter ceteras, c. qua fronte, c. pastoralis, de appel.c. veniens, 2. de testib. glo. verbo, appellationem in, c. ex con quæstione, de restit. spoliato. & glo. verbo, sententiæ, in.c. suscitata, de in integ. restit. facit tex.l. 2. & ibi glo. de edict. di. Adria. tollē. & glo. verbo imperfectam, l. 1. §. siue autem, ff. de tabul. exhiben. & in.l. si in alterius, in fin. C. si minor se maior. dixe. & docet Bald. in.l. 1. C. ne lice. ter. prouoc. & in.l. si vnus, §. pactus ne peteret, col. 13 ff. de pact. scribens nullitatem notoriam, & manifestam statuto seu dispositione, nullitates reijtienti non includi, sed illo non obstante proponi posse, & probat vterq; Imola, in.l. de pupillo, §. qui opus, col. pen. ff. de no. oper. nuntia. Ioā. Baptist. Perusin. in.d. tracta. de arbit. lib. 7. cap. 11. col. 1. versic. secūda regula, Panormit. in consil. 55. incipien. in causa. 2. vol. & in consil. 44. incipiē. in præsenti, vol. 1. Anchar. in.d. consil. 207. Alexā. consil. 27. incipien. visis, 3. col. in fin. vol. 3. referens (post Imol.) dominos Rotæ auditores ita tenere, Decius, in consil. 8. incipien. viso puncto, colum. penul. numer. 5. & consil. 49. incipien. præstantissime doctor, num. 2. & consil. 424 incipien. proponitur, num. 6. Carol. Ruyn. in consil. 131. incipien. consideratis, num. 13. volu. 4. late Francus examinat, in.d.c. dilecto, quæst. 52. limitatio. 8. de appella. & Felin. in. d.c. inter ceteras, colum. 5. versic. sexta declaratio, de re iudi.

26 ¶ Et nedum post vnam sententiam quæ in rem iudicatam transiuit, verum etiam post tres cōformes sententias, ad earum impediēdam exequutionem, admittendā esse aduersus eas nullitatis hāc exceptionem, quando nullitas ipsa notoria est, & ex actis euidens, Oldra. respondet: in consil. 106. incipien. quòd literæ exequutoriæ, & Bal. in. l. 1. C. ne lice. tercio prouoca. Cardin. & Bonifa. in. d. clemen. 1. de re iudica. Ludo. Roma. in. l. si vero, §. de viro fallent, 32. numer. 163. ff. solut. matri. Francus, in. d. c. dilecto, quæst. 52. Corneus, in consil. 204. incipien. in præsenti consultatione, volum. 2. Ioan. de Imol. in. d. §. qui opus. l. de pupillo, Domin. in consil. 24. & in consil. 95. colum. 1. Iason, in consil. 44. incipien. redemptoris, col. 1. vol. 3 & in. l. 1. numer. 8. ff. de no. oper. nuntia. & in. l. si is ad quem, 3. col. ff. de acqui. hæred. Curtius senior in consil. 59. incipien. dux Philippus, 7. colum. nu. 10. Curtius iunior, in. l. sub prætextu. C. de trāsactio. Hippol. Marsil. (plura ad id adducēs) in rub. q̄ proba. nu. 172. Andre.

Andre. Altiatus in lib. 1. de verbo signi. col. 2. Aymon Crauet, in consil. 3. incipien. Iudex habens captiuum. 1. col. num. 4. Hieron. Gratus, responso, 72. incipien. pro resolutione. num. 1. et. 2. & consil. 80. incipien. & si prima facie. num. 10. & respon. 85. incipie. in præsenti causa. 1. col. num. 2. vol. 2. Carol. Ruyn. in consil. 74. incip. clarissime, num. 12. vol. 4. & consilio. 114. incipien. visa facti serie, num. 15. cũ sequen. vol. 5. Ioan. ab Amic. in consil. 128. late post alios Parisius, in consil. 98. incipien. asserta, 1. colu. nu. 23. vol. 3. quorum opinio communis est, secundum reuerendiss. præceptorẽ meum Didacum à Couarru. lib. practica. quæstio. c. 25. nu. 2. versi. primum igitur, & ex præcedentibus vera. quicquid dubitent Ioan. de Imola, in. d. clemen. 1. & Romanus in singul. 287. incip. clem. vt calumnijs, & iuniores quidam, in d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudi.

27 ¶ Qui in hunc sensum procedũt, quoties nullitas ex actis notoria non est, sed aliunde: & si cum obijcitur, cũ probatione, statim, & in continenti (vt aiunt) assumenda offeratur, nã hac nullitate ita opposita, non impeditur exequutio trium sententiarum cõformium: vt resoluunt Alexan. & Iason, & apertius Ripa, in. d. §. condemnatum, nu. 15. quæ maximi sunt momenti, ad intellectum, & declarationem l. 2. tit. 3. lib. 2. ordinatio. regia, & pragmat. 44. Regum catholicorũ, tamet si Guido Pap. in quæstio. 50. senserit non esse impediendam exequutionem sententiæ latæ in Prætorio regio, quoties ea est exequutioni mãdanda, cautione data pendente adhuc supplicatione, propter exceptionẽ nullitatis, quæ euidens sit ex actis: cuius dictum, quantum aberret à scopo, ex præadductis in promptu est.

28 ¶ Ex quibus etiam percipies dictam leg. 2. tit. 15. lib. 3. ordinatio. regia, de hac nullitate, quæ ex actorum constat inspectione, intelligẽdam nõ esse, licet aliter, sub verbo, fortassis ipse magister meus (quo loco nuper eum citauimus) sentire à nonnullis videatur, siquidem notoria nullitas ex actis resultans, ita priuilegiata sit, quòd propositione aliqua, seu allegatione etiã non indiget, vt scribit Angel. in. l. fin. ff. de peti. hæred. & Alexand. in. l. 1. C. vt quæ desunt aduoca. Felin. in. c. cum ordinem, col. 8. versic. prima declaratio, de rescript. & Decius, in. d. c. 19. col. ff. si cert. peta. sicq; limitari consueuit dictũ illud vulgatum, quòd notorium non releuat ab onere proponendi, licet bene ab onere releuet probandi, de quo per glo. ver bo iudex, in clem. appellãti, de appella. vt intelligatur de alio notorio, quàm ex actis resultante: secũdum eundem Felin. in. c. 1. col. 6. versic. quarta declaratio, de re iudica. & Ludo. Gometium, in regula de annali, 4. quæst. in fin.

29 ¶ Prout etiam hoc casu, nõ requireretur, quòd iudex per suã interloquu

loquutoriam declararet huiusmo di notorium: quamuis alijs in casibus, si iudex hoc faceret, optima esset cautela, vt docet Panormita. in.c.ad nostram.3.col. fin. de iure iurand.& sequitur Detius.in.d.consil.544.incipien. serenissi. 4. colu. versic.non obstat.

30 ¶ Nec præfato nro oberit Hieronymo, quominus de illarum sententiarum nullitate dicere nunc possit, quòd transactum fere iam sit tẽpus viginti quinq; annorũ. Nam, & si post triginta annos de iure communi de nullitate dici nõ possit, vbi non vertitur periculum animæ: aliàs posset agi etiam vltra in perpetuum: secundum Cardin.in.d.clem.1. quæst.14. de re iudi. Speculato.in titul.de senten.§. iuxta.in fin. Saly.in.l.si præses, C. quom.& quand.iud. Philip. Francum.in.c.dilecto,5.col. versic. quia to quæritur, de appel. Bal.in.l.data opera, 15.col. uersic. Sed quid si bannitus. C. qui accus.non pos.& nouissime Robert. Marãt. de ordine iudicio. part.6. num.154. pagi.(mihi.) 537. & de iure partitarum vltra viginti annos.l. 13. tit.22.& l.2.tit.26.part. 3. dicitq; à pluribus soleat hæc, & d.l.2. titu.15.lib.3.ordi. (per quam hodie apud nos correcta circa id tempus, & antiquata sunt) procedere agẽdo, ipsamq; constitutionem regiã sexaginta dies allegationi nullitatis contra sententiã præfigere vbi agitur per actionis viam, de nullitate.

31 ¶ Secus autem excipiendo seu defendendo (nostro vt in themate) quasi hoc casu perpetua sit nullitatis exceptio, & quocunq; tempore obijci nullitas, per exceptionem possit: vt scribit præallega. Specul.in.d.§.iuxta. Imola.in.d.c. dilecto, col.10. de appel. & Saly. in.l.iudex quasi desertã, C. quom. & quand.iud.

32 ¶ Etiam quòd terminus, seu instantia ad nullitates proponendũ præfixa esset elapsa. vt declarat Alexand.in.d.consil. 225. colu. 3. nu.11.vol.6.& melius, in consil. 82.incipien. viso, 4. colum. versic. non obstant, vol.3.& idem (ita intelligendus) Alexan.in cõsil.105. incipien. ponderatis, 2. colum. in fine, vol.5. & Panormit.in.d.consil.5. Iason, consil.44. incipien. ex sola inspectione, in prin. vol.3. & declarat Francus, in.d. c. dilecto, quæst.54.col.fin. (vbi format similem quæstionem.)

33 ¶ Et quamuis statutum terminũ ad obijtiendum de nullitate præfigens, post illud tempus vetet: secũdum Bal. in.l. peremptorias, C. senten.rescin.non pos. & Perusin. in.d.c.dilecto, quæst.52. & Carol. Ruyn.in consil.37. incipien. visis his.3.col.num.7.& col.6.nu.15.et in consil.49.incipien. de duobus, 3.col.num.6.vol.5.

34 ¶ Et quæ ipse tradit Bald.in.l.1. circa finem, ff.de hæred. instit. & in.d.l.scire oportet, §.fin.& in.l.1. col.2.et.3. C.đ iuris, & fact.ignor. Alexãd.post Bart.in.l.facultas, in pri. C.đ iure fisci, lib.10.& Felin. in.d.c.ex parte, colu.pen. in prin. de offic.

de offic.delega. volens quòd terminus ad excipiendum, nullitatē non comprehendat: & quòd si statutum prohibeat ne alicui fiat ius,non videatur (secundum eosdem) denegata defensio. contra quos (eos tamen tacitos) reueren dis.ipse Coua.in. d. c.25.nu.4. cōtrariam sententiā ex mente dictæ regiæ leg. 2. probat: existimans (quibusdā adductus medijs, quæ ibi adducit) nullitatis exceptionē contra sententiam,eodem iure regio post sexaginta dies admittendam non esse, siquidem id locum nō habeat,iusq; istud regium (vt paulo superius annotauimus)procedat minime,ea in nullitate quæ euidenter,& notorie ipsis ex actis (nostra vt in specie) proprius cōstaret: quam dicta lex regia, nec aliquis vnquam bonus sensus excludit.l.veteres, ff. de itiner. actuq; priua.

35 ¶Vnde hanc nullitatem,quæ notorie ex actorum constat inspectione,à statuto non tolli quantumcunq; limitante tempus,singulariter Petrus ab Anchar.notat in cōsil.212.incipien.de iure communi in fine.

36 ¶Etiam si de nullitate,per instrumentum constaret publicum: cū tunc quoq; notoria dicatur: secundum Panormi.in.c.cum.olim. vltim.notabil.de censib. & etiam euidens:vt not.idem Panormit.in c.cum dilecti,1.notab.de donatio. & manifesta:teste Barto.in.l.1.in prin.col.2.versic. venio ad quæstiones,ff. de no. oper. nuntia. ac probatio probata: vt not. ipse Bart.in.l. interest, vltim. notabil. C.de solutio.&in.l.quoties,in fin. C.de iudic.quos sequitur Detius, in consil.423.incipiē.negari. col. 2.habens enim instrumentum in manibus,&illud absq; alia dilatione ostendens,diceretur, incontinēti probare: & sic cessaret ratio maliciæ, & fraudis,à statuentibus præsumptæ: vt scribit Bal.in.l.2. C. de edict.diui Adri.tollēdo.quē in proposito ibem Detius adducit in consil.424.incipient. proponitur,col.2.circa medium,& consil. 477.incipien.bene,col.2.inprin. & consil. 488. incipien. in causa post princip.& in consil.536.incipien.in causa, col. 2. versic. tertio concurrit,& tradit ipse Detius,in consil. 682.incipien. in causa, in prin.

37 ¶Inde eiusdem euidentiæ, & notorietatis ratione, dicta prohibitione non obstante,de inepto libello opponi posset: siquidem ista nullitas notoria dicitur,& exactis insurgens: iudicio Bart. in.l.1.C. de erro.calcu.& nunq; per statutum sublata intelligitur: secund. Bal.& Angel.in.l.tale pactum.§. qui prouocauit, ff.de pactis,Lanfran.in.d.c. quoniam contra,in part. exceptio,num.8.Felin,in.d. c.ex parte, 5. col. versic. decimo sexto, Carol. Ruyn. in. d. consil. 131.col.pen.num. 13. vol. 4. Ideo nullitatem ineptitudinis libelli,irreparabilem esse, Alexan. scribit: in.d. consil. 79. numer. 3. vol.2.

¶Oppo

38 ¶Opponicq; posse post sententiã in rem iudicatã iam lapsam, tex. not.probat, in. c. cum dilecti de emptio.& vendi.vbi venditor deceptus vltra dimidiam,petiuit rẽ sibi restitui,& ita fuit pronuntiatum,fuit deinde reuocata sententia,quæ tamen in rem iudicatam transierat, quoniam fuit libellus inepte cõceptus:&ibi ad hoc not. Anchar.num.5.& Ioan. de Imol. nu.10.referens eundem Anchar. dicentem sepius audiuisse Baldũ, in scholis,illum tex.ad hanc propositionem expendentem: quam ipse tenuit Bal.in.l.edita.nu. 44. C. de eden. & in authen.si quis litigantium.2.not.de episcop. aud. & in.l.1.col. pen. vt quæ de sunt aduoca.&si contrarium,idẽ Bal. (more suo parum sibi constans) scripserit,in.l.exceptionem,col.3. de proba. & in. l. licet fi.col. C. de procurato. qui ex eo fallitur, quòd etiam si iudex libellum ineptum admiserit,(quòd eum minime facere vnquã oportebit,) & super eo sententiam tulerit, sentẽtia tamen est nulla:propter libelli ineptitudinem:vt not. glo. verbo secũdum,in prin.insti. de obligat. communiter ibi recepta, & ab eodem Baldo sequuta, in. l. actori, num.3. C.de reb.credit.& in.l.ius pluribus,1.lectio.nu. 2. ff. de iust. & iure(vbi tamen hoc restringit ad ineptitudinẽ in libello expressam) dict.vero glo. Iason, sequitur in.l.1.C.de in ius vocan. num. 14.& in.l.vinum,nu.36.ff.si cert. peta.& in.l.fin.num.8.ff.de liber. & posth. Socin.in fallen. tracta.in regul.368.Iacobin.in.l.1.nu.4. ff. de interroga.actio.& ad hoc communiter ꝑ doctores allegari Barba.testatur,in.c.examinata. num. 29. de iudic.vbi per dictum tex. in.d. c. cũ dilecti tenet,quòd licet iudex appellationis,possit ex noua causa confirmare sententiam, vt in.l.fin.in fin.ff. quòd cum eo, tamen si libellus est male conceptus,ex causa noua, sententia confirmari non potest: & ibi pro dicta glo.tex.adducit , in. l. fideiussor,ff.de nego.gest.& in.l.nisi, ff. de tutel.& ratio.dist.tex.est,in.l. si libertus patronum,ff.de in ius vocan. quem pro eadem glosa consi derauit Iason, in. l. eleganter,§.si quis post.nu.7.ff. de condic. inde bi:qui,& eã sequitur,& in.l.1.nu. 5.ff. de offic. assessor. licet suspectam eius traditionem (diligentia, & iuris arte insignis) Arius Pinellus,fecerit in repet.l.2.C.de rescin.venditio.3.part.c.3. nume. 25.& quicquid modernior Anton. de Padilla,in.d.l.1.C. de iur. & fact.ignoran. numer. 34. scribat,innuens,hæc omnia iam cessare videri,cum ineptitudo libelli, iudicium non viciet, dum constito de veritate,de eoq;,quòd actor intenderit, sententia proferenda sit:ex leg. 11.tit.1. lib. 3. ordin. regiar. cuius in hoc passu, opinionem non probo:libenterq; ab eo discedo:siquidem dicta lex, (qua id definit) 11.etiam hodie nõ procedat, quando ab aduersa parte de libelli ineptitudine, ante sententiam

tentiam oppositum fuerit, ex lege (ita concordanda, & intelligenda) finali. tit. 4. lib. 3. earundem ordin. (cuius & nos concordiæ meminimus, in. 1. part. funda. 9. num. 8.) quòdq; si magna adeo sit libelli ineptitudo, quòd ex eo certa elici non possit actio, seu conclusio, vt si locati proponatur causa, cum cõmodati proponenda esset, valida super eo sentẽtia sequi non possit, reusq; absoluendus sit, ex Baldo (ita intelligẽdo in authen. sed, & si quis, col. pen. ante nume. 9. versic. item illa, C. de secund. nupt. (& diximus latius in eod. fundam. 9. nu. 23. cum seque.) istisq; casibus ante dicta nedum nõ cessant, sed etiam hodie procedunt: practicabilisq; glossæ illius, opinio est: etiã si iudicio agatur summario, secundum Purpura, in. d. l. edita, num. 109. de eden. repræhendentem Corneum contrariũ tenentem.

39 ¶ Pari itẽm forma, (vt ad id vnde paululum diuertimus, reddeamus) si nullitas ex perplexitate seu contrarietate, proueniat ab eadem Toletana lege exclusa nõ censetur: vt declarant doctores, in locis paulò ante citatis, præcipue Francus. in. d. c. dilecto. quæst. 52. & Felin. in. d. c. ex parte, 9. Fallen. & Decius, in. d. consil. 8. nu. 8. & in consil. 644. incipien. viso, circa finem, & in. l. vbi repugnantia, ff. de regul. iuris.

40 ¶ Et nõ solum nullitates ex actis resultantes, & notoriæ à litigatoribus propositæ, reijci non debẽt, quinimo ipsis litigantibus tacentibus, & adhuc ipsa Toletana lege regia, vetante de nullitate dici, iudex suo ex officio supplere, & easdem quandocunq; tollere, & reuocare debet: siquidem ad eius officium spectet, ne frustra litigare contingat, argumen. tex. c. 1. de procurat. & c. causam quæ, de iudic. & c. in demnitati, §. fane, vbi Domin. hoc idem voluit, de electio. in. 6. Bal. in. d. l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & in. d. l. plane, ff. de peti. hæredit. Cardin. in clemen. 1. quæst. 19. de re iudi. Alexand. in. d. consil. 225. nu. 3. volum. 6. & d. consil. 77. nume. 20. volum. 3. Felin. in. d. c. ex parte, col. pen. de offic. deleg. a. Carol. Ruynus, in consil. 36. incipien. primo circa nullitatem, nuiner. 6. volum. 5. & facit quòd tradit Gui do Papæ, in quæst. 292. incipien. si alicui.

41 ¶ Sed, & præallegata regia constitutione stante, opponi potest nullitatis exceptio, quòd sententia, de qua etiam ibidem fit mentio, contra minorem in defensum sit lata. l. cum minores. C. si aduers. rem iudica. & ita pluries pronuntiatũ ac obtemptũ fuisse Calderin. notat, in. d. consil. 8. circa finem, sub titul. de re iudi.

42 ¶ Et etiam Innocentiæ exceptio, quæ à lege tolli non potest, cum de iure sit naturali, vt scribit Bal. in. d. l. edita, colum. pen. versic. ex tribus autem, & sequitur Ioan. de Anania, in. c. si aduersus, de hæreti. & in consil. 59. incipien. visa inqui-

inquisitione. Alex. in consil. 113. incipien. viso themate, & statutis, vol. 5. & consil. 97. incipien. viso themate, colum. 2. vol. 6.

43 ¶ Cum etiam, & si post confessionem de innocentia appareat, executio fieri non debeat: vt notat Bald. in. l. 1. colum. fin. C. de confess. post Innocen. (ab eo citatum) in. c. 2. per illum tex. de purgat. vulg. & idem Bal. in. l. addictos, col. 2. circa finem, C. de episcop. audien.

44 ¶ Et ideo si statutum, vel aliqua lex, prout est prima, tit. 3. de las cõ testaciones, lib. 3. ordinatio. regia. & aliæ huius regni leges statuant, quòd habeatur quis pro cõfesso, eas intelligi necesse est, nisi per testes, & iura, de eius innocẽtia probetur: secund. Barthol. Cepol. Veronen. causarum criminal. con sil. 29. incipien. viso processu. numer. 24.

45 ¶ Sed, & quanquam per dictam legem Toletanam appellandi remedium tollatur: quòd causa super qua statuit, momẽtaneæ possessionis sit, in qua, etiam de iure ciuili appellari non potest. l. vnic. C. si de momen. posse. & est communis opinio doctorum teste Decio, in cõsil. 28. incipien. diuinũ, 3. col. admittenda nihilominus, in integrum restitutio est: quia hæc non videtur sublata, vt scribit Paul. de Castro, in. l. si finita, §. postea autem, ff. de dam. infect. & Bal. eleganter, in consil. 146. incipien. in casu proposito, numer. 11. versic. sed si euidenter, volum. 2. & in. c. cum non liceat, de præscriptio. & Socin. in. l. cum filius familias, §. in hac. num. 9. ff. de verbo. obliga.

46 ¶ Et ita restitutiones bannitorum, per viam restitutionis in integrum exclusæ nũquam à statuto censentur: secundum eundẽ Bal. in. l. 2. C. si penden. appel.

47 ¶ Et stante dicta hodie lege, negandam non esse vniuersitatibus ciuitatum, aut villarum in integrum restitutionem, sicut & minoribus, ad probandum de nouo si petatur: Petrus Nunius de Auẽdaño nouissime testatur: in. c. 4. num. 18. lib. 1. de exequend. Principum mandatis.

48 ¶ Et licet ex eiusdem legis Toletseriæ, pateat appellationem respẽctu exequutionis sententiæ, in possessorio non admitti: si tamen iudex condemnat in fructibus, isto in casu appellationem non prohiberi, sed admittendam esse Bal. scribit, in. d. l. vnic. C. si de momẽ. posses. quem Mathe. de Afflict. sequitur ĩ decisio. Neapol. 77. incipien. fuit satis, & idem Petrus Nunius paulo ante citato loco, num. 17. & voluit Bart. in. l. creditor, §. iussus, ff. de appella. quem citat hanc sequens sententiam, Reueren. Didacus à Couarru. in. c. 23. num. 8. lib. practi. quæstio.

49 ¶ Subiungens, quòd licet quaex parte sententia possessionem tangit, hoc in possessorio iudicio appellationi locus non sit, vt eadem Regia Toletana lege cauetur, tamen si in hoc iudicio, ab in ordina

to

to appelletur processu, admittẽda appellatio est, quæ Baldi fuit sententia, in.c.ex conquæstione, 1.col. de restit. spoliat. Bart. in. l. 2.col. 2.ff. de appel. recipien. Iason, in.l.1. notab.3.ff. d bon. possess. secund. tabul. & Castella. Cottæ, in suis memoral. in dictione, appellari.

50 ¶ Et licet idem videretur dicẽdum, quando à reo conuento ostenderetur titulus, puta donatio, à concilio, sine Regia licentia facta, vt interim, quòd de validitate disputatur tituli, etiam si contra possessorem, secũdum formam dictæ legis proferatur sententia, appellatio admittenda sit: hodie vero post latũ cap. nonum, in curijs Valli Oleti habitis, an. 1542. aliter censendum est: quòd cq́ isto casu, huiusmodi tituli exhibitione non obstãte, appellationi deferendum, non sit; & ea ommissa, exequi sententia debet: & ita nouissime declaratum est, in Comitijs Madritijs, anni, 1552.

51 ¶ Opponẽs tamen exceptionẽ legitimam, non obstante etiam præcitata lege Toletana, audiretur: secundum cœlebrem, & singularem glo. verbo, nullæ, in dict. c. ex parte, 2. de offi. delega. quã (sic, vidẽdus.) Anton. Corset. appellat, in singul. 91. incipiẽ. si statutum, in part. exceptio, & Celsus Hugo, in additio. ad Lãfran. (dicens memoriæ id cõmẽdandum,) in repet. d. c. quoniã contra, in verb. exceptiones. num. 15. in final. verb. (& diximus supra, num. 9.)

52 ¶ Nec prædictis oberit, quòd Ioan. Andre, innuit (quem ibi sequuntur Anton. de Butr. Panormi. & Felin.) in cap. cum super., de re iudi. condemnatum, impedire non posse exequutionem trium sententiarum cõformium, prætextu nullitatis ipsarum, quòd, & Cardin. post Zenzelin. ibi, voluit in clemen. vt calũnijs, de re iudi. Rapha. Cuma. Paul. de Cast. & Alexan. in. d. l. 4. §. condemnatum. à Fernãdo Gometio (id non satis expedite) citati, in. l. 62. (iuxta ordinẽ suum) in leg. Taut. nu. 149. fol. (mihi,) 287. & decisio capel. quæs. 430. incip. itẽ fuit quæsitũ ante fin. & Nicolaus Boærius, in decis. 79. incipiẽ. breuiter po no regulam, num. 7. dicens alias esse grandem in Regno generare confusionem, & scandalum: ex eo quòd nunquam quis de iuribus suis foret securus, per arresta, & sententias: quæ transierunt in vim rei iudicatæ, obreptas. ita vt glos. verbo pendere, in clemen. 1. de re iudi. quã ibi sequuntur Cardinal, Imol. & Bonifa. colu. 8. Corset. in repertorio, verbo, fori competentia, & Barba. in. dict. rubri. de for. competen. censuerit, tres sententias conformes, exequutioni fore mandandas: etiam si obijciatur nullitas, quæ ab ipsius iudicis, iurisdictionis oritur dffectu: qui sentẽtiam diffinitiuam pro-

nunciauit, quam post appellationem iuste interpositam, iustã & rectam fuisse à superiori pro nuntiatum est iudice.

bo,dolus,§.9. & Siluest.verbo, culpa,§.7. prior tamen vera est opinio,vbi dolus ipse dedit causam contractui:posterior vero, quando dolus in contractum incidit:& si prior vtroq; casu admitenda sit,in hunc sensum sententia:vt si dolus causam cōtratui dederit,habeat deceptus optionem:si dolus in contractum inciderit, habeat actionem ad hoc,vt sibi iustum precium integrum soluatur: de negato iure, ipsi doloso,rem restituendi, & solutum repetēdi pretium. Sed & in foro exteriori cogendum esse, qui læsit proximum læsionem ipsam resarcire,Carol.Molineus in dict. tracta. de contractib.quæst.14. numer. 173. hac in spetie asserit, quando quis sciens iustum valorem rei,absq; mendatio,alia ve persuasione, eam emisset viliori precio,etiam intra dimidium ab ignorante, quòd sit iustum eius rei precium. quod sequitur, & verum existimat,præallega. Reuerendissim. præceptor meus (quo paulo antecitauimus loco) vbi qui scit iustum rei valorem, itidem scit alterum esse eius ignarum,quoniam tunc plane dolo geratur res. Nec potest fraus colore vllo iusto excusari, ita, vt saltem in foro Canonico,pluribus patribus placuerit,deceptum ignorantem, aduersus deceptorem, ex verasciētia precij,agere posse ad læsionis compensationem apud iudicem Ecclesiasticum: Panormita.in dict.cap.in ciuitate.numer. 6. & ibi Anan. num. 8.idem Panormitan. in capitul. cum causa, numer. 4. Calderin.in cap.nauiganti, colum.4. de vsuris, Anchar. in dict. reg. peccatum,numer.21.& exactissime, Nartin.ab Azpilcuet.Nauar.in dict.cap.nouit, de iudic. corol.9.numer.79.cum seq.

¶ Ceterum Gerardus à Petra sancta, in dict. singul.22. nunquam obliuioni dicit tradendum, quòd quicunq; coniungum, in dotis seu rerum dotalium æstimatione,quomodocūq; intra iusti precij dimidiū deceptus, agere ad talis extimationis rescissionem potest. innuens textum esse singularem.leg.iure succursum,§.1.& in leg. sires. §. 1 ff. de iure dot. (vbi glos. dicit esse spetiale in dote.) leg. circumscripta.C.solut.mat.Quòd hodie iure nostro cautum extat Regio.leg.16.tit.11.part. 4. qua etiā singularius probatur,actionem hanc quadriēnio non præscribi,(vti ex leg.4. in fin. titul. 7.lib.5.ordin.Regiar. nonnulli, & non bene autumant) ponderando eiusdē legis Partitæ,verba, quæ hanc causam à Ceteris causis, dotis fauore excipit: & quæ sub generalitate dictæ legis 4. (in læsione de qua loquitur proprius disponentis) non comprænditur: siquidem in alijs loquatur contractibus, & negotijs, & longe aliter in extimationis huius rei dotalis læsione,quā in

hoc est quoq; ad ss. valent. accomodū

in alijs iudicetur læsionibus, vt patet ex ipsius. 16. legis, verbis. *Mas esto nõ es entre los pleytos*, & ibi, *è esto se entiende, que deue ser guardado en la dote tan solamente: ca en quantoquier que sea fecho el engaño, en mas, ò en menos de lo que vale la cosa: siempre deue ser dessecho, mostrando el engaño, segun que es dicho, aquel que se tiene por engañado.* Quæ ad limitationem dictæ leg. 4. singularis lex est. & prope finem, ex diametro Contrariari videtur, præallegatæ legi, 56. versic. *è esto serie.* titul. 5. part. 5. & dict. legi. 4. tit. 7. quæ leges hodie seruantur: & consonant opinioni glosæ communiter receptæ, in dict. leg. 2. de rescind, vendit. quare, et si doctissimus Gregorius lopez,) vir alioquim diligens, in castigandis legum Partit. exẽplaribus, quòd q; ob id, eas interprætandi laboriosam nactus fuerit nouissimis his diebus prouintiam,) cũ dict. leg. 16. hac trãseat lectione, *E esto seria, como si alguno vendiesse la cosa que valie veynte marauedis, por quarenta è vno.* Ab hac litera quæ (mea sententia) deprauata est scriptorum incuria, cauendum fore: legendum q; moneo. *que valie veynte marauedis por treynta y vno.* Quod patet per sequens exemplum, ibidem positum, *O la que valie quarenta por diez y nueue.* & ne si ita emendetur, demus, quòd dicta hæc lex Partitæ probet opinionem glosæ, in dict. leg. 2. non probatæ, sicuti, idem Gregorius, in glos. dict. leg. 16. opinatus fuerat: hoc eidem imponens legi, quæ reuera rectius considerata, hanc non probat, sed potius communem opinionem: dũ dicit, *O la que valia quarenta por diez y nueue.* Et vt potius concordet, cum dict. leg. 56. et. 4. (siquidem iura iuribus expediat concordare. cap. cum expediat, de elect. in 6. cum vul) Legẽdum sit. *Fueras ende, si montasse mas ò menos, del medio de precio derecho, que valie la cosa. E esto serie, como si alguno vendiesse la cosa que valie veynte marauedis, por treynta y vno, ò la que valie quarẽta por diez y nueue.* aliâs antynomia harum legun solui non potest: cuius rei gratia, Montaluum credo dictam legem. 16. non commentasse. Sed neq; de ea meminit, in dictis legibus, 56. &, 4.

EX RESPONSIO. ad septim. fundam. pro. 1. part. adduc. sequen.

¶ Sententia nulla per pactum approbari non potest, vt tanquam sententia valeat: exequibilisq; sit, iuxta legis Toletanæ formam. num. 1.

Sententia nulla, per pactum approbari potest: valeat, vt pactum, num. 2.

Sentẽtia nulla per pactum approbata, exequibilis non est. num. 3.

Pactum, & partium conuentio, de iure communi exequutionem non habet paratam. num. 4.

Actus nullus, vt confirmetur ex partis cõfeßione, aut consensu, requiritur consensus

sensus expressus:nec sufficit tacitus. numer.5.

Verba prolata,ad vnum effectum,operari non debent,alium effectum,contra ea proferentis intentionem.num.6.

Sententiæ late parens,non faciendo , sed patiendo,puta non accedendo ad locum, vel non turbando,appellationi renuntiare non censetur:secus si actus parendi sonaret in agere.num.7.

Sententiæ acquieuisse non videtur , qui appellationem ommittit.num.8.

Condemnatus non appellans,agere potest contra iudicem,ex eo quòd inique iudicauerit.num.9.

Sententiæ consentiens expressim,agere eo casu contra iudicem potest: quando ipse victus in carceribus detinetur , donec consentiat sententiæ.num.10.



1 EPTIMũ etiã fundamentũ, (quód ex quo antecitata sententia à Licentiato Moreno lata , per præfatam Elisabem ximeniam, eiusq; filios approbata fuerit, eo quòd non appellauerint, nõ possit amplius impugnari: atq; quando,vt sententia valere non posset,valet vt pactum,propter dictam approbationem,& consensum:) minus obest , si rectè consideretur, siquidem ex quo dicta sententia fuit nulla, (vt supra in.2.parte,late præostẽsum est) etiam si approbaretur de expressa dictarum partium voluntate,non potuit,nec fuit visa approbari , quòd valeret vt sententia:exequibilisq; esset,secundum dictæ legis Toletanæ formã:leg.si expræssim,in prin. iunct.glos.ff.de appel.leg.priuatorum,C.de iur.omni.iudi. not. Bart.in leg.1. C. qui pro sua iurisdict.Panormit. per illum tex: in cap.examinata , de confirm. vtil. vel inutil.& in consil.92.incipien.contra sententiam,vol.1. & in consil.62.incipien.in controuersia,2.col.vol.2.Calderin. in consil. 8. sub titul.de re iudi. Cardin.in consil.7.incip. feria tim,in. 2. dubio. Ludoui. Roman.in consil.173.incipien. pro decisione,in fin.&in consil.175. incipien.dictum laudum , circa finem.

2 ¶ Imo talis renuntiatio , quantumuis expressa,obstaret minime, quim nunc posset dici , dictam sententiam nullam fuisse: ex quo sententia nulla , per pactum,vt sententia non approbetur:sed vt pactũ: vt in dictis locis tradunt doctores, & notant scribẽs in leg.secund. C. commu. vtriusq; iudi.

3 ¶ Nec per dictam renuntiationem,seu approbationem induci potest,vt dicta sententia quæ nulla fuit,exequibilis sit , quia sic valeret,vt sententia.

4 ¶ Cum ergo vt pactum valeat, ac pactum,& partium conuentio exequibilis non sit , nec; de de iure communi , exequutio-

nem habeat paratam:leg.minor viginti quinq; annis, cui fidei commiſſum,ff.de minor. & no- tat Bart.in leg. ſi ſocietatem,§. arbitrorū,ff.pro ſocio, in quæ ſtione illa,quæ actio oriatur,ex laudo: Nulla ratione,etiam at- tenta approbatione dictæ Eliſa bes ximeniæ,fieri potuit prædi- ctaex equutio:et eo magis,quod noſtra inſpetie , de eius, ſic ex- præſſa voluntate , ac conſenſu non apparet ; ſed pars aduerſa tantum videtur colligere taci- tum conſenſum,ex eo,quòd ip- ſa Eliſabes Ximenia, ac eius fi- lij præſentes notificationi di- ctæ ſententiæ,non contradixe- rint : ſed tacuerint. qui quidem conſenſus tacitus,non nocet.

5 ¶ Cum ad hoc , vt actus nullus confirmetur ex partis confeſſio ne,aut conſenſu,requiratur cō- ſenſus expræſſus , nec ſuffitiat tacitus ; aut pactum nudum : vt Calderinus,no1.in dict.conſil.8. ſub titul.de ſenten.& re iudica. Socin.in conſil.105.incipien.vi- ſis teſtibus,vol. 4,& expræſſius Aymon Crauet,(alijs in locis eundem Socinum citans) in cō ſil. 29. incipien. pro clariori de claratione.3.colum.numer.6.& potius dicendum eſt , quòd me- tu tacuerit,& conſequenter non approbauerit : quòd etiam pa- tet,quia inmediate , quòd ince- pit reſpirare,incepit turbare:vt reſpondet idem Socin.in conſil. 104.incipien. viſis compromiſ- ſo,fin.colum.numer. 21. vol. 4. [illegible]

Sed neq; ex illis verbis , quòd ſibi reſeruaretur plantatum, & edificatum,ab ipſa (vt fertur) Eliſabe ximenia prolatis , nul- lum reſultat pactum,nulla naſci tur promiſſio veſtita, aut nuda: ex qua ius poſſet dictis commu- nitatibus acquiri.

6 ¶ Ei prolata cum ſint ad vnum effectum , operari non debent alium effectum:contra eiuſdem intentionem,leg.non omnis , in prin.ff.ſi cert.peta.

7 ¶ Nec dicto Hieronymo à mō te Martha,obeſſe etiam poteſt, non appellaſſe , vel aliàs recla- maſſe à ſententia contra eum la ta,per præfatū Hieronymum á Rojas , ſiquidem eodem (vt prædiximus) nullitatis morbo, quo , & cæteræ corruat : & ob hoc, quòd quis paret ſententiæ, non faciendo,ſed patiendo,pu- ta non accedendo ad locum,vel non turbando, appellationi re- nuntiare non cenſetur:vt notat ſingulariter Innocen. per illum tex in cap.cum olim.3. de reſtit. ſpoliat.ſecus ſi actus parendi,ſo naret in agere. per leg. adſolu- tionem . C. de re iudica.quē ibi ſequuntur doctores , & moder- ni,in cap.ſolicitudinem , de ap- pella.ſecundum Socin. (qui id etiam Innocentij dictum refert, & ſequitur) in dict.conſil. 104. colum.fin.num.23.

8 ¶ Sed nec ob id,quodquis ap- pellationem ommittit , ſenten- tiæ acquieuiſſe videtur , tex eſt egregius in cap. concertationi, de ap-

de appella. in.6.quo probatur, posse eum qui non prouocauit, agere contra sententiam,aliisre mediis: nisi in eam consenserit: igitur, ex eo quòd noluit appel lare, iudicatis consentire non censetur,facit:lex: item si res,ff. de alien.iudic.mutād.caus. fact. Bart.in leg. ab eo, C. quom. & quand.iudex,Panormit. in cap. quo ad consultationem. 2. col. de re iudi.

9 ¶ Quibus etiam fit, condemna tum non appellantem,posse cō-tra iudicem agere, ex eo quòd inique iudicauerit: quod Bart. probat, in disputatio. incipien. iudex. Panor. ipse post Innocē. & doctores ibi,in cap. sæpe, de appella.idem Panormit. in cap. pastoralis,§.quia vero, de offic. delega. Alexan.in leg.4.§.fin.ff. de dam.infect.Felin.in c. excō-municamus,de hæreti. Hippol. in singula.646.incip.iudices,fa cit tex.in.l.fio.§.illud,C. de tem por.appel.& notat Corsetus,in singul,266.in parte,quærela,di cens tex.in. d. c. concertationi, celæbrē esse,& licet Decius in.d. cap.sæpe,conetur probare, pos se victum contra iudicem agere ex iniqua pronuntiatione,etiā si expræssim consentiat senten-tiæ,ipse tamen ab hac opinione discedit,& merito.

10 ¶ Nisi dicamus, quæ adducie procedere,etiā expræsse cō sen-tiente,agere eo casu posse cōtra iudicē,quando ipse victus in car ceribus,detinetur, donec cōsen tiat sententiæ:vt notat Reuerēdis. præceptor meus Dida.à Couar-ru.inc.8.part.2.§.12.nu. 18.epi-tom. super quartū decretal. lib. Solent enim iudices, nolle crimi nis reos,& condemnatos, maxi me in pœnis pecuniariis, quarū pars ipsis applicatur iudicibus,à carcere dimittere,donec cōsen-tiāt iudicatis:vnde cōsensu hoc non obstante,iustitiæ ipsi conso num,sed & æquum est: vt quæ-rela aduersus tales, iudices ad-mittatur.quod iam bis habui in facto,& obtinui,non sine vnius iudicis,pro tunc magno odio.

EX RESPONSIONE ad.8.part.1.fundamen. sequent.

¶ Intellectus.leg.fiet,C.de ingen.& ma nu.numer.1.

Liti renuntians non videtur succumbere: sed tantum desistere.num.2.

Confessio rei tacita,per litis cæssionem in ducta,non prodest actori, vt ex ea ius, sibi esse à reo fateatur,aut fateri sit vi-sum.numer.3.



1 DOCtauū fū-damētū, & si con grue e-tiam re-spōsum, sit,quan do ð sex to mentionem fecimus, adhuc tamen dici potest, quòd ante di cta Elisabes Ximenia, & si ex-præssim renuntiaret liti, sibi, à

procuratore Ciuitatis Hispalensis, super dictis terris motæ, sine eo quòd in eis ædificatum, & plantatum, eidem, ac suis reseruaretur filijs, non fuit visa fateri, dictæ ciuitati, communitati ve Vtrariensi, in eisdem terris altâs litigiosis, ius esse. textus est, in leg. site. (quem Bald. ibi hac in sententia singularem dicit.) C. de ingen. & manumissis, & Ludo. Roman. (qui etiam dicit singularem, & aureum) in sing. 783. incipien. dicit lex post quã liti, C. de pact. vbi Lancelo. Detius, Iason, & Philip. Detius, idẽ volunt: & ibi Barto. ante Ceteros, in eadem videtur esse sententia, cum dicit, quod si reus renuntiat liti, actor propterea, nullam ex eo actionem consequitur, si nullam antea habebat: per leg. iuris gentium, §. quinimo, & leg. si vnus, §. pactus, ff. de pact. & ita quoq; tenent, ipse Bart. & Bald. in leg. si profundo, per illum tex. C. de transact. Bart. Imol. Rapha. Cuman. Alexant. Aretin. & recentiores, in leg. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acqui. posse. Bald. in leg. 1. colum. 4. C. commu. delega. & in cap. pastoralis, in fin. de caus. posse, & proprie. Saly. in leg. transigere. 9. oppositio. C. de transanctio. Anton. in cap. cum dilectus, colum. 4. de causa posse. & proprie. & in. c. in literis. 5. colum. de restitu. spol. Raph. cuman. in cõsil. 118. incipien. domina Catherina, colum. 2. versic. nec obstat quod vxor, Panormita. in. c. solicite, 3. colum. versic. contra hunc intellectum, de restitutio. spoliato. Cardin. in summa. 3. quæstionis, 15. colum. versic. quid autem si post renuntiationem, & Iason in leg. sicut maior, colum. 2. versic. tertio nota. C. de repudian. hæred. Quanquam non idprobat tex. in dict. leg. site, quo omnes innituntur, si recte consideretur: sed id tantum dicit, eum qui seruitutis quæstionem mouerat, renuntiando causæ, nec nocere quicquain, nec prodesse, ad ingenuitatis probationem, nam iduerum est: etiam si id, agens videretur cõfiteri, illum esse ingenuũ, qui non est; vt probat ille textus, & alius similis, quem allegat glos. ibi, in leg. diui fratres, ff. de liberal. caus. (vt ommittã, quod & si renuntiando liti, videatur fateri eum non esse seruum; non propterea fatetur esse ingenuũ: quia potest esse libertinus.

2 ¶ Verum præfata nostra sententia confirmatur ex tex. in. l. alia, C. de his quib. vt in dig. vbi non videtur succumbere, qui liti renuntiat: sed tantum desistere. quod diuersum est: & ibi hoc notat Bart. & Bald. (qui dicit notab.) & etiam Saly. & voluit quoq; glos. 1. &. 2. in. l. si qui cõtra, ff. de vulg. & pupil. & Bart. in leg. post legatum, in prin colum. tert. ff. de ijs quibus. vt in dig.

3 Et p̃dicta, eo maxime procedũt quod

quòd de iure dictarum commu ni tatum, parum, aut nihil tunc temporis constabat, vnde sicut tunc expræssa rei confessio, nihil prodest regulariter actori, vt ex ea ius sibi esse à reo fateatur: aut fateri sit visum, ita nec tacita, per litis cæssionẽ inducta: secũdũ Felin. in. c. olim, col. fin. circa finem, de rescrip. & in. c. per tuas. 1. notabil. de Simonia.

EX RESPONSIO. ad. 9. fundamen. 1. part. sequent.

❡ Sententia Panormitani in .c. fin. 2. col. num. 5. de præbend. quomodo accipiẽda. numer. 1.



1 ON V fũdamẽtum, ex præcedẽtibus etiam corruiet: siquidem præfata Elisabes Ximenia suo, & filiorum nomine, nullam partis terræ sibi debitæ remisionem fecerit: consensum, ve præstauerit, quòd Toletanæ Regiæ legis ommitteretur ordo: minusq́, Panormitani sententia obest, in capit. fin. 2. colum. numer. 5. de præben. pro contraria parte ad ducta, satis consentire innuentis, ex quo non appellauit, intelligendo eam, locum vt habeat, in ommissione tantum ordinis, qui non erat de negocij substantia, pro vt eiusdem Panormitani assumptum loquitur: in nostro autem themate, minus hac ratione procedit, cum non interuenierĩte causæ cognitione, et sub stantialibus, pro veritatis inuestigatione, ab ipsa met commissione, ac Toletana lege requisitis, ommissa fuerint substantialia. Ideoq; talis tacitus cõsensus nihil operatur.

EX RESPONSIONE ad. 10. part. prim. fundamentum, sequenr.

❡ Iudex dicere non potest sententiam ex instrumento, aut scriptura in iuditio nõ producta, licet ea sibi priuatim, sit exhibita, ita vt plane actoris ius, vel rei, ex ea cognouerit. num. 1.

Scriptura (vt ex ea iudex sententiam possit dicere) non sufficit coram notario, & testibus exhibeatur, nisi, & coram ipso producatur iudice. num. 2.

Instrumentum etiam coram iudice exhiberi, & produci ante litis contestationem, ad articulum aliquem incidentem non sufficit: nisi, & post reproducatur cum principalis causa discutitur. numer. 3.

Istrumentum post litem contestatam, ad principalem litis quæstionẽ in iuditio nõ sufficit produci, nisi eius productio aduer-

uersario sit denuntiata: vt se ipsum ab eius testimonio defendat scripture. numer.4.

Sententia à iudicis ex actis incerta, ex instrumento tamen certa, quòd in actis nõ apparet, cuius vero mentio in sententia fit: nulla est. num.5.

Instrumentum in iuditio non productum, iudici non dicitur cognitum. num.6.

Istrumenti quoties productio ex absentia notarij, vel ex eius ommißione, aut testium inopia, in actis non sit conscripta, si testibus illa probari queat coram iudice productio, sententia valet. numer.7.

Iudicis sententia ex aliqua confeßione, coram se viua voce facta, in scriptis nõ redacta, licet nulla non sit, tamen tanquam ex actis iniqua, non valet. num. 8.

Iudex potest ex coniecturis, quæ in ipsis actis non apparent, sed solus ipse iudex percipit, testium instrumentorum, ve fidem minuere, aut exceptionem à iuditio reijcere, si suspicetur eam dolo potius quàm iure opponi: etiam si eam aliunde, quam ex processu præsumpserit: dum tamen ista præsumptio iudici subsit, vt iudici: dum ipse rei veritatem scrutari conatur. num.9.

Legis Regiæ, 28. tit. 16. part. 3. explicatur intellectus. ibidem.

Confeßio litigantis coram iudice, vt iudice fieri potest, vel ipso sedente pro tribunali, vel in itinere, aut alibi ius reddente. numer.10.

Confeßio, vt iudici facta, in actis iudicij non scripta, vt valeat. oportet, quòd testes qui ei adfuerunt, examinentur, & eorum testimonium in acta redigatur, quo sententiæ defendi poßit iniustitia. numer.11.

Acta quæ alioquim in scriptis proponenda non sunt, probari possunt testibus. ibidem.

Sententiam iudex ferre nequit, ex confessione litigantis, vt priuato, non vt iudici pronuntiata. num.12.

Iudex in definiondis controuersijs, scientia publica vti debet: & fidem exhibere quæ sibi, vt iudici, ac personæ notæ sunt publicæ: non autem eis, quæ vt priuato sunt manifesta. num.13.

Iudex, duplicem scientiam alicuius rei habere potest, vt persona. s. publica, & vt priuatus, vt vicarius ex confeßionis sacramentalis secrẽto. num.14.

Iudex Post quam tulit sententiam male agit, & absq; publica autoritate procedit, si eam retractat ex fide instrumentorum, quæ post sententiam, ipsi exhibẽtur, etiam si ex eis, ius cõdemnati, manifestum fieret. num.15.

1 
ECIMũ fundamentũ, hoc etiã cadit gladio, ꝙ iudex sẽtentiam non possit dicere ex instrumento, scripturave, in iuditio nõ producta, licet ea fuerit, sibi priuatim exhibita, ita vt plane actoris ius, vel rei, ex ea cognouerit: capit. cum dilectus, de fid. instrument.

2 ¶ Adeo enim corã iudice, instrumentorũ productio fiẽda est, ꝙ corã notario, & testibus, exhiberi nõ sufficiat, notatur in. l. adoptio, ff. d adoptio. & in. c. accepimus, & apertius in. c. contingit, (vbi glo. & Felin.) de. fid. instru.

idem

idem Felin.latius,in.c. quoniam coutra.quæſ.1.de probatio. vbi tex.tradit Hippol.in ſingul. 17.

3 ℭ Ita quòd nec ſufficeret,inſtrumentum,etiam coram iudice exhiberi, & ante litis conteſtationem produci, ad articulum aliquem incidentem:niſi,& poſt re producatur, cū principalis cauſa diſcutitur: vt docent Federi. de Sen.in conſil.160.col.2. Anton.in.c.cum dilectus,de ordin. cognitio.Felin.in.c. 1. num. 28. de proba.&in.c.cauſam quæ.1. num.6.de teſtib.

4 ℭ Qui præſertim in.d.num.28. idem eſſe cenſet, quando inſtrumentum poſtlitem cōteſtatam, ad principalem litis quæſtionē in iuditio producitur: niſi eius productio aduerſario ſit denuntiata,vt ab eius teſtimonio ſcripturæ,ſe ipſum defendat: quòd & Bal.tenuit in.l.cos,§.ſin autē, col.pen.C.de appellatio.

5 ℭ Et inde,ſententiam iudicis ex actis incertam, ex inſtrumento tamen certam,quòd in actis minime apparet, cuius vero mentio,in ſententia ſit, nullam eſſe, Anton.deButrio ſcribit:in cap. cum venerabilis, §. quia vero, colum.2.de exceptio. & ibi Panormit.nu. 48. Angel. Aretin. in.§.curare,num.5.de actio. Angel.& Imol.in leg.ſi conuenerit, ff.de re iudi.Ioan. Andre.in additio. Specula. titul. de ſenten. & de his quæ per ipſas ſequū.§. qualiter,col.2.Aretin.in.l.cū ad præſens,ff.ſi cert peta, & hanc opinionem ſequuti,communem eſſe fatentur,idem Aretin. in.c. 3.de accuſatio.numer.14.Iaſon in leg.ait prætor,§.vltim.nu. 19. ff.de re iudi. & ibi Zaſius,col.3. Ripa,col.2. & Vincent.Herculan.col.7.Decius in.d.cap. cum venerabilis,num.37.

6 ℭ Quæ ea ratione probatur,quod inſtrumentum in iuditio , non productum, non dicitur iudici cognitum.l.fin. C.de fide inſtrumen.glo. & Felin.in.c. cōtingit, eod.titul.tex.in.d.l. adoptio, ff. de adoptio. tradunt late Felin. quæſ.1.& Decius,num.30.in. d. cap.quoniam contra,de proba. Hippol.i.d.ſingul.17.quicquid, eam ſententiam validam eſſe Innocen.& Felin.cenſuerint,in. d. c.cum venerabilis,num.41.Alexan.& Vincen.in.d.leg. ait prætor,§.fin.per tex.ibi.Bal.et Saly. in.l.3.C.de ſenten.quæ ſin.cert. quant.quibus valde ſuffragatur tex.in.d.§.vltim.niſi verba illa iuris conſulti,*ſine ſcriptura*,referantur,ad fidei commiſſum à teſtatore,verbo,tātū,non ſcriptura relictum:ſicuti Accurſius,cōmuniter probatus ea intellexit.

7 ℭ Quæ tamen cōmunis plane procedit opinio, vt ſententia à iudice ſic lata,vere nulla ſit,cum inſtrumētū cuius meminerit,fuerit minime ipſi iudici productū vt iudici,quòd ſi ei,vt iudici,fuerit productū,ea vero productio vel ex abſētia notarij,vel ex eius ommiſſione,aut teſtiū inopia,in actis conſcripta non ſit, præſume-

metur sententia nulla: tametsi vere æquissima, iustoque fuerit iudicio lata: cui tandem vitio mederi iudex poterit, si testibus ea productio, queat probari, sicuti censuit notabiliter Reuerendiss. præceptor meus Didacus à Couarru. in c. 1. lib. 1. variarum resolutio. num. 9.

8 ¶ Ex hisque etiam, & ex supra adductis, in. 17. fundamento, nu. 33. (quod iudex ex allegatis & probatis, non ex his quæ priuatim scit, dicere debeat sẽtẽtiã) clare pcipies Baldi (de qua, illo in decimo meminimus fūdam.) assertionem, in. l. 1. num. 6. C. de vid. lib. protinus nostræ speciei parum obesse. Nam, & si fatere mur illo in casu sententiam à iudice latam, nullam non esse, tanquam ex actis iniqua, non valeret: & reuocabilis esset: sicuti animaduertunt Alexan. & Felin. (quibus ibi eos citauimus locis) & Alciatus in. c. 1. de offic. ordin. num. 97. quod etiam ex Saly. colligitur, in dict. l. 3. C. de sentẽ. quæ sin. cert. quanti. quibus admodum conducit tex. in. d. l. ait Prætor. §. fin. ff. de re iudi. vbi hoc ita Alexand. & Vincẽ. Hercula. explicant. post eundẽ Bal. in. d. l. 3.

9 ¶ Nec oberit, si dicatur, posse etiam iudicem ex his coniecturis, quæ in ipsis actis minime apparent, sed solus ipse iudex perceperit, testium instrumentorũ ue, fidem minuere: aut exceptionem à iudicio reijcere, si suspicetur eam dolo potius, quam iure opponi, tametsi de ista malitia nihil sibi constet, imo ipse eam aliunde, quam ex processu præsumpserit: vt notat Innocen. in cap. post electionem, de concess. præben. Panormit. Anton. & Detius, col. 3. in c. licet causam de proba. & in. c. ex parte. 2. de offic. deleg. idem Detius in. c. super eo. 1. de appel. & Felin. in. c. de cetero. de re iudi. Barba. in cõsil. 1. col. 1. vol. 2. (referẽs quod fuit dictũ originale Gofredi, relatum, per Ioan. Andre. Vt ibi latius per eum.) & Catel. Cott. in suis memor. in part. exceptio. colu. 177. (subiungens, quod licet restitutio in integrum impediat exequutionem sententiæ, secundum cõmunem: hoc tamen locum non habere, quãdo maliciose, seu per calũniã petitur: vt post Alexan. & alios, Iason tradit in. l. 4. §. cõdemnatũ, col. pẽ. de re iudica.) Nam id procedit, quãdo iudici, vt iudici, ista subsit præsumptio, dum ipse rei veritatem scrutari conatur: sicut solet plerumque accidere in testiũ examinatione, vel sane extra hoc examen, cũ ipse iudex diligẽter inspecta negocij qualitate, hoc ipsum suspicatur: & ita procedit ac intelligẽda Regia lex est. 28. tit. 16. part. 3. quam in dicto decimo citauimus fundamento.

10 ¶ Nam, & illud expeditum est, confessionem litigantis, coram iudice, vt iudice, fieri posse: vel ipso sedente pro tribunali,

nali, vel in itinere, aut alibi, ius reddente.l.uolui,vbi glo. ff. de interroga.actio,Bart.in leg. vn. C.de confeſ.colū. 2. Panormit. num.2. & alij,in rubri. de iudic. Roman.infingul.729.incipien, de vno ſummario.

11 ¶ Quòd ſi ipſi iudici,confeſſio hæc,vt iudici fiat,nec tamen ea, apud iudicē acta,ſcripta ſit, vel ex abſentia, aut negligentia tabellionis,iudex ex ea,æquiſſime ſententiam dicit: ſiquidem ius litigantium,ei,vt iudici manifeſtum ſit,oportet tamē,(vt paulo ſuperius notauimus) vt ſi huic confeſſioni teſtes adfuerint, hi omnino examinentur,eorumq; teſtimonium in acta redigatur: quo defendi poſſit ſententiæ in iuſtitia,cū,& illa quæ alioquim, acta in ſcriptis proponenda nō ſunt,probari,queant teſtibus:ſecundum Innocenti. Panormit. Felin. & Decium,in.d.cap. quoniam contra,col. fin. quibus tamen deficientibus,ipſius iudicis ſententia,hac ex confeſſione lata, iniqua ex præſumptione iudicabitur:vt ijdem Bald. Saly. Alexand.Felin.& Alciatus,opinantur:& quandoq; nulla, vel ex eo, quòd iudex in ſententia, eius mentionem fecerit, vel ex alijs que notantur, in cap.1.de re iudi,vt ipſe aduertit Couarruuias,in dict.num.9.

12 ¶ In confeſſione vero litigantis,ipſi,vt priuato, non vt iudici,pronuntiata.Baldi ſententia, nulla poteſt ratione procedere, & ex ea confeſſione nequit iudex ſententiam ferre. Nam cum inſtrumenta, & teſtes,aliæq; probationes,in hunc dirigantur finem,vt veritas,publice iudici,manifeſta ſit:leg.illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid. leg. Barbarius,ff.de offic.prætor.ſinis hic,pacto vllo non ſequitur, ex eo, quòd aliquid, iudici eſt priuatim compertum:nec aliter finis,à republica prætenſus, in controuerſijs,diiudicādis, adeſſe poteſt,quam ſi iudex publica ſequatur documenta: & ex iuris ſanctionibus legitima: dict. cap. 1. de re iudi. lib. 6. notatur in clemen.prim.de ſequeſt. poſſeſ.& fruct.

13 ¶ Qua ratione,oportet eū in ciſdem difiniēdis cōtrouerſijs ſcietia vti publica: & ſidem his, exhibere, quæ ſibi, vt iudici, ac perſonæ nota ſunt publicæ, nō autem, his, quæ ei, vt priuato ſunt manifeſta: non enim pertinet,hæc ſcientia ad iudicē,qui ex publicis documentis iudicare debet.

14 ¶ Nec inconuenit, dicere poſſe, quem, duplicem ſcientiam, alicuius rei habere,manifeſtum, cum ſit, poſſe Petrū, aliquid ſcire,vt iudicem, & vt priuatum, vt Dei Vicariū ſcilicet,ex confeſſionis ſacramentalis ſecreto, vt probatur in.c.2. de offic. ordin,vbi Panormita.id explicar. & ita procedunt, Calderin, & Ægid.à Bel.Mc.colum.pen. & ipſe Panorm.in.d. c. paſtoralis; §. quia

§.quia vero,de offic.delega. Nicola. à lyra,ex od.c. 23. Ioannes Arboreus lib. 9. Theosophiæ. cap.20.Ioan. Andre.& Cardin. in.d.§.quia vero , Panormit. & Imola in.d.c.1.de offic.ordin.& ibi Altiatus.num. 84.& Præpo sit.in.c.iudicet , ad finē.3. quæst. 7.quo sane fit, actorum probationes , ipsumq; processum , vt cunq; contrarium , particulari scientiæ iudicis ne quaquam ad uersari: Imo valde conformem esse sint : id est publicæ veritati, quam iudices scrutari, & ample cti tenentur. Vnde licet tunc iu dex aduersus priuatam scientiā iudicet,vere tamen iudicat:secū dum publicam veritatem. Si vero dixeris cōtrariū, omnia prorsus euanescēt iura,quæ tempus, & locum iudicij, quibus instrumenta,probationes,& cōfessiones exhiberētur,prouide statue runt. aliterq; producta instrumenta,& confessiones à priuato,& non,vt iudice habitæ, publicam fidem,ex qua iudex tene tur ius dicere,ne quaquam ad se quuntur.

15 ¶ Indeq; etiam suboritur,iudi cem , qui tulit sententiam male agere,& absq; publica autorita te procedere,si eam retractaret, ex fide instrumentorum , quæ post sententiam ipsi exhiberen tur:etiam si ex eis,ius condemna ti , manifestum fieret: siquidē sit functus iudicis officio. l. postea quam,ff.de re iudica. Nec eidē, vt iudici,ius litigātis probetur: leg. Imperatores,ff. eod. titul. l. sub specie.C. eod. notatur in.c. inter,de re iudi . vbi Panormit. num,6.idemPanor.in.c.subor ta.pen.col.eod.titul.doctores in leg.admonendi,ff.de iureiuran. Bald.in leg.error,col.3.C.de iuris,& fact.ignor.Lanfran.in. d. cap.quoniam contra , in verbo interloquutoriæ.nu. 81.de probatio,& Curtius iunior,in consil.18.incip.memoria repeto.

EX RESPON.AD. 11. Part.1.fundament. sequen.

¶ Clausula delegato apposita iudici,vt in vestiget,& inquirat, iuditialem requirit indaginem.num.1.

Causarum merita,partium assertione pan duntur.ibidem.

Delegatus , seu deputatus cum clausula, si tibi cōstiterit,citare debet partem de cuius præiudicio agitur.num.2.

Paria sunt dicere,quòd iudex inuestiget, & per probationes inquirat , vel quòd ei debeat constare,siquidem illud constare dicatur,quòd ex probationibus,& in dicijs constat.num.3.



NDECIMū fūdamentū,& si ex præcedenti bus , non procedat responderi tamen potest,quòd ex quo præfato Licentiato Moreno Iudici,ab ipso

Com

Commissum fuit rege,(vt ex ipsa patet instructione) & expressim in commissione, & lege Toletana cauetur regia, quòd inuestigaret, & inquireret, an dicti termini iuste, vel iniuste occuparentur: & ex dicta clausula iudex dessignetur, ad inuestigandum prædicta: iudicialem quæ ob hoc requirant indaginem: secundum glo. notabilem ibidem, & vbique probatam, in clemen. 1. in glo. magna ad finem, de offic. delega. debebat intra terminum partibus ad docendum, & de iure suo probandum præfixum, de partium vtrarumque iusticia inuestigare: & de illorum terminorum occupatione, per se inquirere, omnibusque quibus posset modis se instruere, & informare, ac examinationes facere in præsentia partium, vel eis legitime citatis: cum causarum merita, partium assertione pandantur. l. fin. C. si per vim vel alio mod.

2 ¶Et voluit glo. in d. clemen. 1. de offic. deleg. innuens, quòd deputatus cum clausula si constiterit. &c. ex quo vice iudicis fungitur, partem de cuius præiudicio agitur citare debet. quia constare non potest, ni partibus præsentibus, & si non præmittit cognitionem, processus est nullus: & idem asserunt, Innocen. & doctores, in. c. fin. de præ sumptio. Bal. in. l. non dubium, 7. colum. versic. iuxta hoc quæro, C. de legib. & Panormit. in. c. sacro, colum. 2. de senten. ex com. (vbi scribit, quòd verbum constiterit, importat, parte citata.)

3 ¶Et paria sunt dicere, quòd iudex inuestiget, & per probationes inquirat, vel quòd ei debeat constare; siquidem constare dicatur, quòd ex probationibus, & inditijs constat. vt in. c. non solum, de reg. iur. in. 6. vel ex instrumentis: secundum Anton. de Butrio, in c. cum contingat, per illum tex. de rescript. & moder. in. c. si constiterit, de accusatio. & sicut quando mandatur constare, citare partem oporteat, & absque citatione probationes recipi non possint: ita etiam quando mandatur, vt examinet, & inuestiget, nostra vt in specie; secũdum præallegatos doctores, & ideo quæ potuit esse iusticia, aut defensionis conseruatio seu iuris illius, Elisabes ximeniæ viduæ, suorumque orphanorum filiorum? Siquidem ille delegatus iudex, suæ conscientiæ, imo, & ipsius Dei optimi, & Maximi immemor, intra (ad id) taxatos septuaginta dies, nedum eorum causam, & iura examinauit, probationes ve super dicta occupatione collegit, iusta esset, nec ne inuestigauit, verum etiam intra breuissimũ tempus, aduersus innocentes ac indefensos, ipsosque, vt decebat, non exauditos minores, sententiam tulit: causæ cognitione non adhibita, & contra suæ commissionis, legisque regiæ Toletanæ formam.

EX RESPON.AD.12.
Part.1. fundament.
sequent.

¶ *Iudicis potestas, à lege pendet. numero.1.*



MINUS etiam vltimũ fũdamentum vrget, siquidem dictus licẽtiatus Hieronymus à Roias, nec vt iudex ordinarius prædictam potuerit, (vt tulit) ferre sententiam: & causam, vt sibi, sic fuit placitum difinire. quia licet posset, vt ordinarius procedere, ita tamẽ, vt ad vnguem iuxta commissionis, legisq; regiæ Toletanæ normam, ius in ea diceret: ac ab eisdem, ad dexteram, necq; ad leuam discederet: id autem, (sicut, & alteri iudices) cũ etiam non seruauerit, consequens est, sententiam huiusmodi, ab eo, & si ordinario vt iudice latam, nullam, nulliusq; momenti esse, nec exequibilem ideo fore.

1 ¶ Et cum potestas iudicis, pẽdeat à lege, argument. l. non distinguemus, & .l. si cum dies, §. plenum, ff. de arbit. & respondet Roma. in consil. 115. incipient. viso compromisso, in fine, & in consil. 175. incipien. dictum, qua ratione laudum (sæpius vt diximus) ex deffectu potestatis est nullum: ita vt ratificari non possit, ex sententia Baldi in titul. de pace constantiæ, versic. sententiæ quocq;, & eiusdem Ludo. Roma. in consil. 155. incip. præmissum laudum, & Angel. in consil. 218. incipien. visa narratione, & Pet. Philip. Corne. in consil. 83. incipien. circa, vol. 4. ita sententia ex deffectu iurisdictionis, & potestatis nulla: cũ arbitria redacta sint, ad instar iurisdictionis, l. 1. ff. de arbit. cum similibus.

EX VLTIMÆ PART.
conclusione, sequent.

¶ *Delegatus ad vnam causam tantum, sententiam si ferat, contra mandati delegatorij formam, iudicare potest denuo. num.1.*

Electionem nullam, & inualidam facientes, possunt aliam validam facere, nu. 2.

Electio facta si effectum non sit sequuta, electores possunt denuo eligere, & habent tempus integrum ad faciendã aliã electionem ac si noua esset vacatio. numer. 3.

Arbitrium prorogandi, intelligitur de prorogatione valida. num. 4.

Mandatum non consummit substitutio invalida. num. 5.

Matrimonium nulliter contractum, non impedit secundum matrimonium legitimum. num. 6.

Testamentum nullum, non impedit primũ validum. num. 7.

Testium examen nulliter factum, non derogat primis eorundem testium depositionibus valide receptis. num. 8.

Publicatio testium non rite facta, non impedit. num. 9.

Sententia nulla non impedit testes publicatos iterum produci, & examinari. num. 10.

Conditionis deffectus inualidæ, non impedit, quominus legatum præstari debeat. num.11.

Actus nullus non impedit eiusdem rei iterationem fieri: etiam in oppositum. nu.12

Formæ ommißio licet reddat actum nullum, tamen idem actus poterit iterum fieri cum debitæ formæ obseruatione. nu.13

Dispositiones quæ in primo verificantur actu, de valido, & rite facto intelligun tur. num.14.

Nominatio vel acceptatio nulliter facta, non consummit gratiam, seu potestatem iterum acceptandi, optandi, seu nominandi. num.15.

Stipulatio nulla nō obstat, quominus poßit iterum validæ stipulari. num.16.

Actus nulliter factus, iterum potest bene fieri. num. 17.

Arbiter qui perperam arbitratus est, iterum potest arbitrari. num.18.

Operis noui nuntiatio, per mortem nuntiantis finita, & ita effecta inutilis, iterum potest nuntiari. num.19.

Iudex cui data est à statuto facultas eligendi arbitrum: si absentem quempiam elegerit, qui ideo arbitrari non poßit, iterum eligere potest. num.20.

Agens pendente, & non impleta conditione, propter quòd reus absoluitur: nihilominus existente conditione, agere potest: neq; exceptio rei iudicatæ obstabit. num.21.

Actionem ineptam proponens, & ideo à iudice repulsus, reddire potest ad aptā. numer.22. quòd etiam procedit in procuratore, qui ineptam actionem proposuit. ibidem.

Actor petens rem quāpiam, ideo victus, quòd reus rem ipsam non poßideret, si postea reus poßidere cœperit, poterit idem actor iterū agere: nec rei iudicatæ summouebitur exceptione. num.23.

Exceptio rei iudicatæ non obest, si noua superuenit causa. numer. 24.

Iudicem inepte, & non seruata statuti forma recusans, obidq; recusatio fuerit reiecta: non prohibetur postea recte atq; ordine, eam proponere. num.25.

Filiæ legatum relictum si nupserit, quàmuis non dum nubilis ætatis nubendo, vel si ei coniungatur cuius nuptys eidem sit interdictum, paruisse non censeatur conditioni, si postea alteri vtiliter nupserit, conditioni paruiße censetur: & legatū obtinebit. numer.26.

Sacramentum Baptismi licet minime sit iterabile, quando ab hæretico, præsertim Paulianistis, & Cataphrygis sit collatū, iterabile est: & iterum baptisari debet. num.27.

Ordinatus non recte, aut legitime, iterum ordinari debet. num.28.

Nullum quando fuerit factum proprium, potest ei contrauenirí. num.29.

Nullitas vere, & naturaliter perimit: & facit quòd actus qui per eā impugnatur, habeatur perinde ac si factus nō fuißet. num.30.

Sententiæ, seu de processu, aut de litis pendentia cū in rescripto pro illius validitate, mentio fieri debeat, nihilominus si sententia, aut processus vel pendentia litis huiusmodi fuerint nulla, etiā quòd de eis facta non sit mentio, rescriptū non dicetur obreptitium, seu subreptitium. num. 31.32. & .33.

Iudex ordinarius suā reformare potest sentētiā difinitiuā nulliter prolatā. num.34.

Iudicis officiū, et iurisdictio, per prolationē sententiæ, quæ nulla est, non expirat. ibidem.

Sentētia cū fuerit nulla, etiā si vigore prorogationis pronuntiata sit, iterato tamen iudex poterit pronuntiare. num.35.

Iudex nedū primus, sed quilibet alius etiā īferior, cognoscere potest de nullitate, ex eisdē actis, & proceßu resultāte. nu.36.

Vltimæ partis conclusio.

Nullitas ex actis notoria, & euidens coram exequutore opponi potest, & quomodo id intelligatur, & procedat. nu. 37

Sententiæ exequutor, contra eam exceptiones deffectus potestatis suæ, aut committentis admittere debet. num. 38.

Mandatum non expirat arbitrandi, si forma mandati non fuerit seruata. num. 39. quòd etiam in delegato procedit. ibidem.

Mandatũ iudicis delegati, ex forma eiusdem non seruata, non expirat, quando actus primus, quiq; iterandus est, nullus sit ipso iure, & non ope exceptionis, aut iudicis officio emendandum. num. 40.

Iudex sententiam ferre potest contrariã priori suæ sententiæ, quæ ipso iure nulla fuerat, & nõ per viã exceptionis. ibidẽ.

Electores publicato scrutinio, variare possunt, & iterum eligere: quando electio ipso iure sit nulla: secus si posset annullari. num. 41.

Statutum de compromißis, intelligitur, vt interim compromitti debeat primo finito, si non sit per primum compromißum statuto satisfactum. num. 42.

Legis ea est natura, vt disponat non pro vno actu tantum, sed perpetuo quoties opus fuerit, ne alioquim manca, mutila sit, ac imperfecta. num. 43.

Lex semper loquitur, & in viridi est obseruantia. num. 44.

Actus primus quando non sortitur effectum secundum disponentis intentionẽ, non intelligitur de primo actu tantũ: sed de vlterioribus. num. 45.

Potestas creditori data, vt poßit accipere pecunias sub cambijs, ne creditor patiatur interesse de pecunijs sibi debitis, non restringitur ad primam vicem, sed generaliter intelligitur, donec creditori satisfactum fuerit. num. 46.

Disponentis per verba certi numeri denotatiua, si nõ sit satisfactum intentioni per actus eo in numero cõpræhensos, procedi poterit ad numerum vlteriorẽ. num. 47.

Cõmissarius nũquam fungitur officio, nisi res sit sortita plenũ effectum. num. 48.

Sstatuti ratio finalis donec durat, ipsum statutum durat. num. 49.

Sstatuti ipsa ratio, dispositionem ampliat: & extendit. num. 50.

Legis Tolet. verba citantur, & expendũtur. ibidem.

Acta nulliter & perperam, contrario imperio reuocanda sunt. numer. 51.

Iudex quo impetu facilis fuit ad deijciendum aliquem sua possessione de facto: ita eodem facilis esse debet, ad id reuocandum de facto. numero. 52.

Sententia à iudice laico, data in clericum, ab eodem potest reuocari. num. 53.

Restituitur etiam de facto, depositus de facto. num. 54.

Iudex motu proprio, & nullo petẽte quempiã excõmunicans: potest & eodẽ quoq; modo eum absoluere. numer. 55.

Possidens iniuste, si de facto per iudicẽ aduersario non citato, fuerit in possessionẽ missus, eodem ea modo priuari potest. etiam sine citatione. num. 56.

Iuris ordine non seruato, & extra figurã iudicij, de facto facta ab officiarijs partiũ fauore: debent de facto ante omnia reuocari. numer. 57.

Iudicis sentẽtia seu autoritate, iuris ordine haud seruato interposita, non purgatur mala illius fides, pro quo sentẽtia lata est. num. 58.

1 

X ANTE dictis tãdem cui vis his in studijs, & si mediocriter versato, in promptu iã, vel facile esse poterit, quid hac in

causa

causa nunc sit per eundem Hieronymum à Roias ad terminorum causam delegatum, vel alium quempiam iudicem pronuntiadum: considerando, quòd sententia ab eo, in ea, iam lata, & si cum alijs, à dictis iudicibus prolatis (supra vt meminimus) tot nullitatibus consossa, nulla etiam ob id fuerit, (vt nuper obiter notauimus) quòd delegationis forma, ab eo seruata non fuerit: & ex processu ipso per eundem agitato luce clarius constat. & quòd quando delegatus ad vnam causam (nostra vt in specie) fert sententiam, contra mandati delegatorij normam, iudicare possit denuo, quòd officio suo functus non dicatur: secundũ Angel. & Imol. (referentes Iacob. de Rauen. & Oldra. Huius etiã esse sententiæ) in. l. iudex postea quã ff. de re iudi. & ibi Alexan. in. 3. colum. num. 14. scribens, ipsum, Cyn. Iacobum Butrica. & Saly. asseruisse, in. l. si accusatoribus, vbi bonus tex. C. de accus. & id, ijdem dixere Cin. & Iacob. Butri. vbi etiam Bal. & Angel. in. l. si vt proponis. C. quom. & quand. iud. & ipse Bal. in. l. quid tamen, in prin. ff. de arbit. Ioan. de Imol. in. d. l. si expressim, ff. de appel. Paul. de Castro, in. l. cum quærebatur, ff. de re iudi. & Cardin. in clemen. 1. quæst. 10. de re iudi. Andre. Barba. in. c. causam matrimonij, col. 7 versic. & ex hoc infert, quòd si Episcopus, de offic. deleg. & Stephan. Auffrer. in additio. quæst. Tholos. 38. circa finem, id etiam tenuisse Innocentium referens, in c. 1. de offic. delega. & in. c. qualiter, & quando. 1. de accus. & nouissime Nicola. Boærius, in decis. 6. num. 6. dicens iudicatum fuisse, in Curia Burdegalensi, an. Domini, 1517. die, 17. Decembris: secundum hanc opinionem; quam etiã sequitur Felin. communem, & ab ea recedendum non esse, innuens, in. d. c. qualiter, & quãdo. 22. col. num. 43. & idẽ (post Panormit.) Felinus, in. c. in literis, colum. 2. de offic. delega. Anchar. & quosdã alios qui videbantur cõtrariæ sententiæ ibidem confutans: & communem esse sententiam (licet pauci contradixerint) Carol. Ruyn. testatur, in consil. 61. incipien. in lite vertente, 10. colum. numer. 29. volum. 5.

2 ¶ Cui accedit tex. l. qui per salutem, ff. de iure iuran. vbi qui per salutem suam iurat, cum non ita specialiter ius iurãdum esset ei delatum; iurasse non videtur. & ideo ex integro solenniter iurandum est: ex quo Bart. not. si non legitime iuratum est, iterum iurandum esse: & ex eo, Saly. ibi quòd qui nullam, & inutilem electionem fecerunt, possunt aliam validam facere: & scribit Calderin. in consil. 14. sub titul. de rescript. tex. est, in c. bonæ, in fin. & c. auditis, de electio. c. scriptum, c. congregato, & ibi glo. vltim. de rescrip.

3 ¶ Et optimus, in. c. si electio, de electio. lib. 6. vbi si electio facta, effectũ non sit sequuta, ob id, quòd ei cõsentire noluit electus, aut post

consensum renũtiauit iuri suo,
mortuus ve sit, aut propter eius
occultum vicium irritatur, ele-
ctores possunt denuo eligere: ha
bentq; à dissensu, renuntiatione
morte, vel irritatione tempus in
tegrum, ad faciendam aliam ele
ctionem, ac si noua esset vacatio.
& scribit Rofred. Benauen. in
suis quæstio. saba. quæst. 1. quòd
si alicui collata est potestas eligẽ
di Episcopum, & quempiam ele
gerit, qui consentire noluerit, &
ita eius electio fuerit inutilis, &
sine effectu, poterit iterum elige
re: & voluit Barthol. Brixien. in
quæstio. 79. incipien. quidam de
derunt potestatẽ, & Alberi. in
l. quoties, ff. de optio. lega.

4 ¶ Et Bal. in. c. olim ex literis,
col. 2. versic. si autem datur arbi
trium, de rescript. vbi ex hoc di-
cit, arbitrium prorogandi, intel-
ligi, d prorogatione valida, quòd
si inualida fuerit, posse iterum
fieri: sed, & Rapha. Cuma. in. l.
hæc conditio filiæ, ff. de condit.
& de mostra. idem illud dicit,
eum, cui facta est eligendi pote-
stas, posse iterũ eligere, si prima
electio non valuit.

5 ¶ Tradit late Felin. in. d. c. in li-
teris, 3. col. versic. sed quód iure,
vbi etiam paulo supra, ponit de
substitutione inualida, quòd nõ
consummit mandatum.

6 ¶ Prout nec, matrimonium nul
